Recte itaq; dixi totā virtutē Missę consistere i verbis Christi,  
quibus testatur remissionē peccatorū donati oibus, q̄ credūt, cor-  
pus ei⁹ tradi: & sanguinē eius fundi, pro se. Atq; ob hanc rē, nulla  
re magis opus esse auditur i Missam quā vt ipsaverba sedulo &  
plena fide meditetur: quod nisi fecerint; frustra oia alia fecerint.  
Hoc sane verum est: in oī pmissione sua deus fere solitus est adij  
cere signū aliquod, ceu monumētū, ceu memoriale pmissionis suę  
quo fidelius seruaretur, & efficacius moneret. Sic in pmissione  
Noe data de nō perdēda terra alio diluui, dedit arcū suum in  
nubibus, quo dixit se recordaturum fœderis sui. Et abrahæ,  
in signaculū iustitiae fidei. Sic Gedeoni dedit vellus aridū & rori-  
dum: ad firmandam pmissionem suam super vincendis Madia-  
nitis. Sic Achas per Esayam obtulit signū pro vincēdo rege Sy-  
riæ & Samariæ: quo pmissionis suae fidē in eo firmarēt. Talia mul-  
ta legimus signa pmissionum dei in scripturis.

Sic & in Missa, hac oīm principe pmissione adiecit signum  
memoriale tante pmissionis: suum ipsius corpus & suū ipsius san-  
guinem: in pane & vino: sicut dicit. Hoc facite in meā cōmemo-  
rationem. Sic in Baptismo verbis pmissionis adiecit signū mer-  
tionis in aquā. Ex qbus intelligimus: in qualibet pmissione dei  
duo p̄poni: verbum & signum: vt verbum intelligamus esse tes-  
tamētū: signū vero esse sacramentum. vt in Missa: verbum Chri-  
sti i est testamentum: panis & vinum sunt sacramentū. Atq; vt ma-

for vis sita est in verbo quam signo, ita maior in testamento quam sacramento. Quia potest homo verbum seu testamētū habere & eo vti; absq; signo seu sacramēto. Crede, inquit Aug. & mandatica sti. Sed cui creditur, nisi verbo promittētis: Ita possum quotidie immo oī hora, Missam habere, dum quoties voluero possum verba Christi mihi proponere, & fidem meam in illis alere & robora te. hoc est reuera, spiritualiter manducare & bibere.

Hic vides, quid & quantū Theologi sententiarij in hac re præstiterint. Primū id quod summū & capitale est, nēpe, testamētum & verbum p̄missionis, nullus eorum tractat, atq; ita fidē & toram missę virtutē nobis oblitarunt. Deinde, alteram eius partem, sci licet signū seu sacramētū, solū versant, sed ita, vt nec in hac fidē doceāt, sed suas preparationes, & opera operata, participationes & fructus, missam, donec in p̄fundū venierint & de transsubstantiātione, alijs sc̄i infinitis metaphysicis nugis nugarētur, & sc̄i etiā verū q̄ vsum tā testamēti quā sacramēti, cū vniuersa fide abolerēt, face rētq; vt popul⁹ Christi (vt p̄pheta dicit) obliuisceretur dei sui die bus innumeris Tuvero sine alias p̄cēsere varios fruct⁹ auditę misse, & aim tuū huc intende, vt cū p̄pheta dicas & credas, hic tibi a deo paratā ēē mēsam corā te aduersus oēs q̄ tribulat te; in qua pascat & piguecat fides tua. Nō aut̄ pascitur fides tua, nisi p̄missio nis diuinę verbo. Homo ei nō in solo pane viuit, sed in oī verbo quod procedit de ore dei. Quare in missa ante oīa verbi p̄missio nis te obseruatorē esse curiosissimū oportet, tanquā opulētissimū conuiuij, oīmodē pascue & sanctę refectionis tuę, vt hoc p̄cō oībus maximi facias, pluriū in id confidas & firmissime in eo haerēas, ēt per mortē & oīa peccata. Quod si feceris, nō solum stillas istas, & minutias fructū missę, quas quidā etiam superstitione finixerunt, sed ipm̄ fontem principale viltę, obtinebis, fidem scilicet verbi, ex qua oē bonū fluit, sicut Iohan.iiii.dicit. Qui in me credit de ventre eius fluent aquę viue. Item, Qui biberit ex aqua, quam ego dabo fiet in eo fons aquę viue, salientis in vitam æternam.

Iam duo sunt quę solēt nos tētare, ne fruct⁹ missę p̄cipiam⁹. Alterum est, nos esse peccatores & indignos p̄nūmia vilitate, rebus tantis. Alterum, etiam si digni essemus, magnitudo tamen rerum tanta est, vt natura pusillanimis non audeat ea petere aut sperare. Nam, remissionem peccatorum & æternam vitam quis non stupescat potius quam optet, si digne p̄fetur magnitu-

do bonorum: quæ per ea veniuntur habere scilicet deum patrem esse; filium; hæredem oim bonorum dei. Aduersus hanc geminā pusillanimitatem, oportet; vt verbū Christi apprehendas: ipsum q; multo fortius intuearis; quam has cogitationes infirmitatibus tuę Magna enim sunt opera domini: exquisita in omnes voluntates eius; qui potens est dare: supra quā petimus aut intelligimus. Ni si enim superarent nostrā dignitatem; nostram capacitätē; nos strum deniq; omnem sensum: diuina non essent. Sic & Christus nos animat dicens. Nolite timere pusillus gressus, placuit enim patri vestro: dare vobis regnum. Hæc ipsa enim exuberantia incōprehensibilis dei in nos per Christum effusa, facit, vt eū rursus su per oia ardenter diligamus: summa fidutia in eum feramur: omnia contemnamus propt̄ simus omnia pro eo pati. vnde & re cte fons dilectionis hoc sacramentum est appellatum.

In qua re exemplum tibi sume ex hoībus. Si enim cuiquā men dico, aut etiā indigno & malo seruo legare et ditissimus dominus: mille aureos, certe cum fidutia eos postularer & acciperet, nec in dignitatis suę, nec magnitudinis testamenti habita ratione. Quod si quis ei resistens obijceret indignitatē suā & magnitudinē testamenti: quid putas dicturus est: scilicet, quid ad te: non ego merito meo; nec iure ullo proprio accipio quod accipio. Scio me indignum: & maiora accipere, quam merear, immo contraria metui; sed iure testamenti & alienæ bonitatis; peto quod peto: si il li non fuit indignum tanta tam indigno legare, cur ego propter indignitatē mēa contemnam acceptare? quin hac ipsa causa magis amplector: gratuitā & alienā gratiam; qua ego sum indignior. Eadem cogitatione armati oportet, & cuiusq; conscientiam aduersus oēs scrupulos & morbus suos; ad hanc Christi promissionem indubitate fide obtinendam summopere cauendo; ne fidutia cōfessionis: orationis preparationis quisquam accedat sed his oīb\* desperatis in superba fidutia promittentis Christi. Quia: vt dīctum est satis: verbum promissionis hic solum regnare debet: infra de pura: quę est vñica & sola sufficiens præparatio.

Videmus ex his: quam grandi ira dei: factum fit vt verba testamenti huius nos cælarint impij doctores: atq; per hoc ipsum fidē extinxerūt quātū in eis fuit. Nam pronū est videre: quid ad fidē extinctam sequi fuit necesse. Nempe superstitiones operum imp̄iſſimas. Vbi enim fides occidit; & verbum fidei obmutescit ibi

mox surgunt opera in locū eius, & traditiones operum. Quibus ceteris captiuitate Babylonica translati sunt de terra nostra; captis oībus de syderabilibus nostris. Ita de Missa contigit, q̄ impiorum hominū doctrina mutata est in opus bonum, quod ipsi vocant opus opera tum, quo apud deum sese omnia præsumunt posse. Inde processus est ad extremum insanitatem, vt quia Missam ex vi operis operati valere mentiti sunt, adiecerūt, eam non minus vtilem esse ceteris; etiam si ipsi ipso sacrificio noxia sit. atque in hanc harenam fundauerunt suas applicationes, participationes, & fraternitates, anniuersaria, & id genus infinita lucri & quaestus negotia.

Contra has laruas: quia validae sunt & multae penitusque insedunt: nisi constantissima cura obseruaueris, quid sit Missa, & prece dentium fortiter memineris, vix subsistes. Audisti enim Missam aliud non esse: quam promissionem diuinam seu testamentū Christi, sacramento corporis & sanguinis sui commēdatū. qd̄ si verum est, intelligis non posse ipsum esse opus villo modo, nec quicquam in ipso fieri, nec alio studio a quoquam tractari, quam sola fide, fidis autem non est opus, sed magistra & vita operum. Quis enim ē vspiam tam insanus, vt promissionem acceptam aut testamentū donatum, vocet opus bonum, quod suo testatori faciat accipiens? Quis est haeres qui patrī suo testatori existinet benefacere; dum instrumenta testamēti cum hæreditate testata accipit? Quae est ergo impia temeritas nostra vt diuinum testamentum accepturi, veniam ut bonum opus ei facturi: Est ne ista ignorantia testamenti & captiuitas tanti sacramenti, omnibus lachrymis superior: vbi de acceptis grati esse debem⁹, venimus superbi daturi accipiēda: iridētes: inaudita queritatem; donatoris miam; dum hoc donam⁹ vt op⁹ quod accipim⁹ vt donū; vt testator iā non suorum largitor bonorū sed nostrorum sit acceptor. Ve impietati isti.

Quis vero nō fuit rā demens; vt baptismū duceret eē bonū op⁹ aut baptisand⁹ crederet, sese op⁹ facere: qd̄ p se & alijs deo offerret & cōmunicaret: Si ergo invno aliquo sacramēto & testamēto nullū ē op⁹ bonū cōmunicabile alijs, nec in Missa erit, cū & ipa non sit nisi testamentū & sacramētu. Vnū manifest⁹ & ipi⁹ error ē. Missam p peccatis p latiffactionib⁹: p defunctis, aut quibus cū q; necessitate suis aut aliorum seu offerre seu applicare. Quod facilime intellegis esse euidentissime verū, si firmiter teneas: Missā eē pmissionē diuinā, q nulli prodefere, nulli applicari: nulli suffragari: nulli com-

municari potest; nisi ipsi credenti soli propria fide. Quis enim pro missione dei; quæ vniuersi cuiusq; singulatim exigit fidem; potest pro alio acceptare aut applicare? Nunquid possum alteri pmissio nem dei dare, etiam non credenti; aut possum p alio credere; aut possum facere ut alius credat? At hec fieri oportet; si Missam pos sum aliis applicare & communicare; cum in Missa non sint nisi ista duo; promissio diuina; & fides humana; que accipiat, quod illa p mittit. Quod si verum est; potero etiam pro alijs audire Euageliū & credere potero p alio baptisari; potero pro alio absoluī a peccatis; potero & p alio cōmunicare de altaris sacramento; potero: vt & illorū sacramēta p censeā; p alio ducere vxore, p alio fieri facer dos; p alio confirmari; p alio inungi.

Deniq; cur Abraham non p omnibus Iudeis creditit; cur exigitur a Iudeis singulis fides; in eandem promissionem Abraham creditam? Sed ergo insuperabilis veritas; ubi pmissio diuina est; ibi vnuquisq; p se stat; sua fides exigitur, quisq; pro se rationem redet; & suum onus portabit, sicut dicit Marci. vlt. Qui crediderit & baptisatus fuerit salutis erit; qui autem non crediderit; condemnabitur. Ita & Missam vnuquisq; tantum sibi potest vtilem facere; si de ppria, & p nullis prorsus communicare. Sicut sacerdos, nulli sacramentum ministrare; sed cuilibet leortsū idem ministrando, ministri nostri; per quos non offerimus bonum opus aut cōmunicam⁹ actiue, s; p eos, pmissiones & signū accipim⁹; & comunicam⁹ passiue; id qđ in laicis hactenus pmansit. Nam hi non dicunt bonū facere; s; accipere. Sacerdotes vero abierūt in ipieta to & teltamēto dei; quo bonū acceptū oportuit.

Sed dices: Quid? Nunquid subuerter omniū Ecclesiarum & monasteriorum vsum & sensum, quibus per tot secula inualuerunt fundatis super Missam, anniuersarijs, suffragijs, applicationib⁹, cōmunicationib⁹ &c. hoc est, pinguissimis redditibus? Respondeo Hoc est: quod de captiuitate Ecclesiæ scribere me compulit. Sic enim venerabile testamentū dei in ipiissimi quæstus seruitutem coactum est, per impiorum hominum opiniones & traditiones; qui omisso verbo dei, sui cordis nobis cogitationes pposuerunt; & obtemperaverunt. Quid mihi de multitudine & magnitudine errantium: Fortior omnium est veritas. Si potes Christuz negare qui do

cet Missam esse testamentū & sacramentū: volo illos iustificate. De  
inde si potes dicere: eū facere op<sup>er</sup> bonū qui recipit bñficiū testamē-  
ti, aut vtitur in hoc ipm sacramēto p'millionis; volo mea libās dā-  
nare. cū aut̄ neutrū possis: quid dubitas cōcepta turba ad malū eūte-  
dare gl'iam deo & veritatē ei<sup>us</sup> confiteri: Eſſe sc̄z hodie sacerdotes  
oēs in ſentētia puersa, quicq; Missam p opere ducūt, quo ſuccur-  
rāt ſuis aut aliorū: ſiue mortuorum; ſiue viuorū neceſſitatib; Inau-  
ditā & ſtupenda dico, Sed Missam ſi ituearis, quid ſit: vera me eſſe  
locutum cognosces. Hoc fecit illa nimia ſecuritas; qua itam dei in  
nos graffantem non intelleximus.

Hoc autem facile admitto, Orationes: quas ad Missam p cipi-  
endam congregati: coram deo effundimus; eſſe bona opera, ſeu be-  
neſicia q nobis mutuo impartim<sup>us</sup>, applicamus & communīcamus:  
& p inuicē offerim<sup>us</sup>. Sicut Iacobus nos docet orare p inuicē, vt ſal-  
uemur. Et Pau., Timot. iij. p cipit fieri obſecrations; orones; poſtu-  
lations p oībus hoībus; p regib<sup>us</sup> & oīb<sup>us</sup> qui in ſublimitate ſunt con-  
ſtituti. Hac em̄ non ſunt missa, ſed operamissē ſi tamen opera vo-  
cari debet orationes cordis & oris, quia fiūt ex fide in sacramēto p-  
cepta vel aucta. Non em̄ Missa vel p'miſſio dei impletur orādo ſed  
ſolū credēdo. Credētes aut̄ oramus & quodlibet op<sup>er</sup> bonū facim<sup>us</sup>.  
Sed quis ſacerdotū hoc noīe ſacrificat, vt ſolas orationes arbitret  
ſe ſe offerre: Oēs imaginentur ſe ſe offerre ipm Christum deo patrē  
tanquā hoiſtia ſufficientiſſimā, & bonū opus facere oībus quib<sup>us</sup> ppo-  
nunt p deſe: quia conſidūt in opere operati qd orationi non tribu-  
unt. Sic paulatim errore crescente, id quod orationū eſt, tribuerunt  
ſacramento. Et quod recipere beneficium debēt, id obtulerūt deo.

Quare acute diſcernendū eſt: inter ſtamētū ſacramētūq; ipm  
et inter orationes quas ſimul oramus. Nec id ſolum, ſed ſcire  
quoq; oportet, orationes prorsū nihil valere: nec orāti ipſi, nec ijs  
pro quibus orantur, niſi primū ſtamētū fide percepitū ſit; vt fides  
oret que ſola exauditur: ſicut Iacobus, j.c. docet. adeo lōge aliud  
eſt oratio quā missa, orationē poſſum extēdere in quotquot volue-  
ro. Missā nō accipit niſi q p ſe ipm credit; et tñm quātū credit, nec  
potest dari ſiue deo ſiue hoībus. Sed ſolus deus per ministeriū fa-  
cerdotis dat eā hoībus qui accipiunt eam fide ſola, ſine vllis operi  
bus aut meritis. Neq; enī vllus audeat tñm infanire; vt dicat bonū  
opus facere eū qui pauper et indigēs venit accepturus de manu di-  
uitis bñficiū. At missa (vt dixi) beneficium eſt promiſſionis diuine

per manum sacerdotum omnibus hoībus exhibitum.

Est ergo certum missam non esse op<sup>er</sup> alij communicabile; sed obiectū vt dicit<sup>r</sup> fidei p<sup>ri</sup>cij cuiusq; alendæ & roborādæ. Iā & alterū scandalū amouendū est; qđ multo grādus est & speciosissimū Id est q̄ Missa creditur passim esse sacrificiū qđ offerit deo. In quā opinione, & verba Canonis sonare videntur. vbi dicitur, hēc dona: hēc munera: hēc sancta sacrificia. Et infra, hāc oblationē. Itē clarissime postulatur vt acceptū sit sacrificiū; sicut sacrificiū Abel &c. In de Christ<sup>o</sup> hostia altaris dicitur. Accedunt his dicta sanctorū patrū tot exempla, tantusq; vsus per orbem constanter obseruatus.

His oībus quia pertinacissime infederūt, op<sup>er</sup> constatissime opponere verba & exēplum Christi. Nisi enim missam obtinuerimus esse pmissionē Christi, seu testamentū; vt verba clare sonāt totū euā gelium & vniuersum solatiū amittim<sup>r</sup>. Nihil contra hēc verba permittamus pualere, etiā si angelus de cōelo aliud docuerit. Nihil enim de ope vel sacrificio in illis contineat. Deinde & exēplum Christi p nobis stat. Non enim Christus in coena nouissima, cū iſtitueret hoc ſa cramentū & conderet testamentū, ipm obtulit deo patri; aut vt op<sup>er</sup> bonum p alij perfecit; sed in mensa fedens singulis idem testamē tum, pposuit & signum exhibuit. Iam Missa quanto vicinior & similior, primae oīm Missæ, quam Christus in cœna fecit, tanto Christiā. At Missa Christi fuit simplicissima sine vlla vestiū; gestuq; cantuum aliarumq; ceremoniarum pompa; vbi si necesse fuisset eā offerri vt sacrificium / non plene eam iſtituisset.

Non q̄ calūnieri debeat vllus vniuersam Ecclesiām: q̄ multis alij ritibus & ceremonijs Missam ornauit & ampliauit. sed volum<sup>ne</sup> quis ceremoniarū specie falsus, ac multitudine pōpae impedit<sup>r</sup>, ſimplicitatē missę amittat. & reuera transubstatiationē quandam colat ſi amissa substātia simplici Missæ in accidentibus multiplicibus pōpae hāreat. Nā quicquid vltra verbum & exēplum Christi accedit, accidens Missæ est; quorū quodlibet non alio loco ducere debem<sup>r</sup>, quā quo loco nunc ducimus, Mōstrantias (quas vocant) & pallia altaris, quibus ipa hostia continetur. Quare ſicut repugnat testamētū distribui ſeu pmissionē accipere, & ſacrificare ſacrificium. Ita repugnat Missam esse ſacrificium cū illam recipiamus; hoc vero demus idē autē ſimul recipi & offerri non potest nec ab eodē ſimul dari & acceptari. Non magis certe, quā oratio & impetrata res queunt idē esse; nec idem ſit orare, & orata accipere.

Quid ergo dicem⁹ ad Canonem & auctoritates patrum? Primi⁹  
respondeo: Si nihil habetur quod dicatur: tutius est omnia negare  
quam Missam concedere: opus aut sacrificium esse, ne verbū Chri-  
sti negemus, si dem simul cum Missa pessundantes. Tamen quo ser-  
uamus & eos: Dicemus ex Apostolo. j. Corit. xj. non doceri solitos  
fuisse fideles Christi ad Missam congregatos: secum afferre cibū &  
potum: quas collectas vocabāt: quę distribuerentur in omnes ege-  
tes. exemplo Apostolorum act. iii. e quibus sumebatur id, quod co-  
secretabatur panis & vini; p sacramento. Et quia hæc omnia sancti-  
ficabantur per verbum & orationem ritu hebraico, quo leuabantur  
sursum ut in Mose legimus, relicta sunt verba & ritus leuandi seu  
offerendi, abolito iā dudū vsu cōferendi & colligēdi ea quę offer-  
rētur seu leuarent. Sic Ezechias Esa. xxxviij. Iubet Esaiā leuare ora-  
tionē in cōspectu dei p reliquijs. Et Psal. Extollite man⁹ vestras in  
sancta. Itē. Ad te leuabo manus meas. j. Timot. ij. Leuātes puras ma-  
nus in omni loco. Quare vocabula sacrificij seu oblatiōis, referri de-  
bent non ad sacramentū & testamentū: sed ad collectas ipas. Vnde  
& reliquū est vocabulū collectę p precibus in Missa dictis.

Idem facit q sacerdos mox consecrato pane & calice, eleuat eū  
dem quo non sese offerre aliquid deo ostendit: cum nullo verbo  
tum meminerit hostię seu oblationis. Sed est & ipm vel reliquum  
ritus haëbraici quo leuabantur: que cum gratiarum actionibus acce-  
pta deo referebantur. Vel admonitio nostri, quo prouocemur ad  
fidem testamenti huius: quod tum verbis Christi protulit & exhibi-  
buit, vt simul & signum eiusdem ostendat, et oblatio panis proprie-  
tespondeat huic demonstratiōi. Hoc est corpus meum. nosq; cir-  
cumstātes ceu alloquatur hoc ipo signo. Sic oblatio calicis propriæ  
respōdeat huic demonstratiōi. Hic calix noui testamēti &c. Fidē ei  
in nobis sacerdos excitare debet: ipso eleuādī titu. A tq; vtinā: vt i  
oculis nostris manifeste eleuat signū seu sacramentū: ita simul aurī  
bus nostris aperta altaq; voce pronunciatet & verbū seu testamētū  
idq; in' qualibet populū lingua: quo fides exercitat̄ efficacius.  
Cur enim liceat Gr̄ce & latine & h̄braice Missam perficere & nō  
etiā alemanice aut aia quacunq; lingua?

Quocirca obseruent sese sacerdotes: hoc perditō periculosisſi-  
moq; seculo: quis sacrificat. Primi⁹: vt verba Canonis maioris & mio-  
ris cū collectis quae apperte nimirū sacrificiū sonat: diriganti: nō ad  
sacramētū, sed vel sad ipum panē & vinū cōsecrandū: vel ad ora-  
tiones suas. Panis cuius & vinū antea offeruntur ad benedicendum

ut per verbū & orationē sanctificētur. post quā autē benedict⁹ & cōsacratus est, iā nō offertur, sed accipitur dono a deo. Et ī hoc negotio, cogitet Euāgeliū eē p̄ferēdū oib⁹ Canonib⁹ & collectis p̄ hoīes cōpositis, Euāgelium autē non finit Missam eē sacrificiū; vt audisti.

Deinde publice Missam pficiēs, p̄estituat sibi nō aliud, facere, quā se & alios cōmunicare p̄ missam, simul tamē orationes suas p̄ se & alijs offerre cauēs. Ne missam offerre p̄sumat. Qui vero priuata missas parat, p̄estituat sibi vt seipm cōmunicet, prorsus, nihil differt, nec plus facit missa priuata, quā simplex cuiusq; laici de manu facerdotis sumpta cōmunicio; exceptis orationibus, & qđ sibi p̄ficiens sacerdotes & laici.

Quod si postulatur ab alijs, votiuas (quas vocat) celebrare caueat ne mercedē accipiat p̄ missa aut p̄sumat vllā votiuā sacrificare, sed studeat hoc totū ad orationes referre, quas siue p̄ defunctis siue viuetib⁹ offerat, sic cogitās. Ecce ibo & mihi soli sacramētum suscipiā, sed inter suscipiēdū, p̄ illo & illo orabo, sic vt oñonis nō Missae mercedē p̄ victu & amictu recipiat. Nec moueat qđ totus orbis cōtrariū: & sensum & vsum habeat. Euāgeliū certissimū habes: quo fr̄gas Missā offerre nō solas cr̄ones, scito me fuisse monitorem tibijfide lē, & in die iudicij excusatū, tuū portabis ip̄e peccatū. Dixi q̄ tibi dicere tenebar frater fratri ī salutē tibi p̄derū seruata tibi nocebūt n̄e glecta. Qđ si aliḡt dānarint hēc, illud pauli respondeo. Malii vero hoīes & seductores pficiēt ī peius errātes & ī errorē initētes.

Ex isto nunc facile illud quiuis intelligit: qđ vſitatisſimum ex Grego. dicitur. Missam malii sacerdotis non minoris ducendā, quā boni cuiuscunq; Nec sancti Petri meliorē fuisse quā Iudæ trazitoris; si sacrificassent. Hoc enim operculo, suas impietates quidā velant: & hīc distinctionem operis operati, & operis operantis inuenierunt: quo secure ipsi male vitere & alijs tamē benefacere p̄sumerent. Verum Gregorius recte dicit, at illi peruerse eum intell̄gunt. Verissimum est enim per impios sacerdotes, non minus de testamento et sacramento dari et accipi: quā per quosq; sanctissimos pars Euāgeliū. immo summa et cōpēdiū Euāgeliū. Quid est enim vniuersum euāgeliū, quā bonū nuntiū remissionis peccatorum? At q̄cquid de remissione peccatorū et miseri cordia dei latissime et co

piissime dici potest, breuiter est in verbo testamēti cōprehēsum. Vñ & cōciones populares aliud esse non debet q̄ expositiones missae id est declarationes pmissionis diuinæ huius testamenti, hoc enim esset fidem docere & vere Ecclesiā edificare. At qui nunc missam expōnūt in allegorijs humanarū ceremoniarum ludunt & illudunt.

Igitur sicut impius potest baptisare: id est verbū pmissionis & signū aquæ super baptisandū ferre ita potest & pmissionē huius sacramēti pferre & ministrare vescētibus & simul ipse vesco: sicut Iudas traditor in cœna domini manet tñ semp idē sacramentū & testamentū qd in credente operatur suū opus, in incredulo operatur alienū opus. Verum in offerēdo longe aliud agit. Cū enim non Missa sed orationes offerātur deo, clarū est oblationes impij sacerdotis nihil valere. Sed vt idē Gregorius ait cū is qui idignus est ad dep̄candum mittitur animus indicis ad deterius puocat. Non ergo sunt confundēda illa duo Missa & oratio, sacramentū & opus, testamentū & sacrificiū quia alterū venit a deo ad nos p ministeriū sacerdotis & exigit fidē. Alterū pcedit a fide nostra ad deū p sacerdotē & exigit exauditionē. Illud descendit: hoc ascēdit. ideo illud nō requirit necessario dignū & piū ministrū, hoc vero requirit: quia deus peccatores nō exaudit qui nouit p malos benefacere; sed nullus mali acceptat opus sicut mōstrauit in Cayn. & puer. xv. dicitur. Victimæ impiorū abominabiles dno. Roma xiiiij. Omne quod non est ex fide peccatum est.

Vt autē finē huius primæ p̄tis faciamus reliqua p̄duct uti vbi impugnator insurrēxerit. Cōcludimus ex oib⁹ his quib⁹ nā Missa sit p̄zata, & qui digne cōmunicēt. Nēpe soli iij qui tristes: afflictas: p̄turbatas: cōfusas & erroneas habēt consciētias. Nā verbū diuīq̄ pmissiōnis huius sacramēti cū exhibeat p̄tōrum remissionē, secure accedit quicq; p̄tōrum suorū vexatur siue morsu siue titillatione. Est enim testamentū hoc christi medicina vnicā: p̄tētorū: p̄sentiū: & futūrū p̄tōrum modo indubitata fide ei adheseris & credideris tibi gratuito dari id qd̄ verba testamēti sonant. Quod si non credideris nūc q̄ nunq̄ nullis operibus nullis studijs cōscientiā poteris pacare. Fides ei sola est pax cōsciētiae: si fidelitas autē sola turbatio cōsciētiae.

#### DE SACRAMENTO BAPTISMI.

Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi: qui secundum diuitias misericordiae suæ saltē hoc vnicum sacramentum seruauit in Ecclesia sua illibatum / et incontaminatum

a constitutionibus hominum, liberumq; fecit omnibus ḡetibus, omniq; hominum ordinibus, nec passus est, & ipsum teterimis que stus & impiissimis superstitionum portentis opprimi: eo scilicet cō filio v̄sus quod parulos, qui auaritiae & superstitionis capaces non sunt, eo voluit initiari, & implicissima fide verbi sui sanctificari: cō bus & potissimum hodie prodest baptismus. Nam si adultis & majoribus donandum esset hoc sacramentum, non videtur potuisse & eius pseuerari virtus & gloria, præ tyrannide auaritiae & superstitionis, q̄ oia diuia nobis supplātauit. Inuenisset sine dubio & hic, prudētia carnis suas preparationes & dignitates. deinde referuatio nes, restrictiones, & si qua sunt similia retia pecuniarum, qb; aqua non vilior, quam nunc membranæ, vend eretur.

Verum vbi virtutem Baptismi in parulis non potuit Satan extingue re, p̄eaualuit tamē, vt in omnibus adultis extingueret, vt iā fere nemo sit; qui sese baptisatum recordetur, nedum glorietur, tot repertis alijs vijs remittendorum peccatorum, & in cœlum venienti, prebuit his opinionibus occasionem, verbum illud periculosum diui Hieronymi, siue male positum, siue male intellectū, quo p̄enitētiā appellat secundam post naufragium tabulam, quasi baptisimus non sit p̄enitentia. Hinc enim, vbi in peccatiū lapſi fuerit, de prima tabula seu naue desperantes velut amissa, secundæ tantū incipiūt niti & fidere tabulæ, id est p̄enitētiæ. Hinc nata sunt votorum, religionum, operum satisfactioniū, peregrinationū, indulgētiarum, sectarum infinita illa onera, & de ijs, maria illa librorū, quæstionum, opinionum traditionum humanarum, quas totus mūdus iam non capit: vt incomparabilit̄ peius habeat F̄cclesiām dei ea tyrannis, quam vñquam habuit synagogam, aut yllam nationem sub cælo.

At p̄otūcum erat, hæc omnia tollere, & Christianos omni cūra ad sinceritatē baptisimi reuocare, quo intelligerent: quid effent, & quid facere Christianos oporteat. Verum vnum est hodie eorū officiū, populos quā longissime abducere a baptismo, & diluvio tyranidis lūx omnes immergere: & facere: vt populus Christi, sicut propheta ait, obliuiscatur eius imperiū. O infelices omnes: qui hodie, pontificum nomine censentur: qui non modo nihil sciunt nec faciūt; quod Pontifices decet: sed ignorant quoq; quid scire & facere eos oporteat. Et implent illud Esaie. vj. Speculator es eius cæci omnes; ne cierunt vniuersi: ipsi pastores ignorauerūt

intelligentiam; omnes declinauerunt in viam suam; unusquisque ad anarcticam suam &c.

Primum itaque in Baptismo obseruanda est diuina promissio; quae dicit, Qui crediderit & baptisatur fuerit saluus erit, Quae promissio preferenda est incomparabiliter vniuersis pompis, operum, votorum religionum & quicquid humanitus est introductum. Nam in hac pene der vniuersa salus nostra; sic autem est obseruanda ut fidem exercemus in ea, prorsus non dubitantes nos esse saluos postquam sumus baptisati. Nam nisi hec assit aut pareat fides; nihil prodest baptismus immo obest; non solum tum cum suscipitur, sed toto post tempore vita; incredulitas enim eiusmodi; mendacem arguit permissionem diuinam: quod est summum omnium peccatorum. Hoc exercitium fidei; si apprehenderimus; statim intelligemus; quam arduum sit credere permissioni huius diuinae. Humana enim imbecillitas; peccatorum suorum sibi conscientia; difficillime omnium credit se esse saluam aut salvandam, & tamen nisi id credit; saluari non poterit; quia non credit veritati diuinae promittenti salutem.

Hac erat predicatione sedulo inculcanda populo: assidue recantanda ista promissio; semper repetendus baptismus; iugiter excitanda: fouendaque fides. Sicut enim semel super nos lata diuina hac promissione, usque ad mortem, veritas eius perseverat; ita fides in eandem nunquam debet intermitteri, sed usque ad mortem aliud & roborari perpetua memoria promissionis eiusdem in baptismo nobis factae. Qualem a peccatis resurgimus siue poenitemus; non facimus aliud quam quod ad baptismi virtutem & fidem unde cecideramus reuertimur; & ad permissionem tunc factam redimus; quam per peccatum de serueramus. Semper enim manet veritas permissionis semel factae nos extenta manu susceptura, reuersos. Atque id nisi fallor, volunt: quod obscure dicunt, Baptismus esse primum & fundamentum omnium sacramentorum; sine quo nullum queat aliorum obtinerti.

Proinde: non parum profuerit: si poenitens primo omnium baptisimi sui memoriam apprehendat & permissionis diuinae qua deferruit cum fiducia recordatus; eandem confiteatur domino: gaudens se tantum adhuc in presidio habere salutis quod baptisatus sit; de testansque suam impiam ingratitudinem: quod a fide & veritate eiusdem defecerit. Mire enim cor eius confortabitur: & ad spem misericordie animabitur: si colyderet diuinam permissionem sibi factam: quam impossibile est mentiri; adhuc integrum & non mutatum; non mutabi

lemyllis peccatis esse: sicut Paulus dicit.ij.Timot.ij si non credim⁹  
ille fidelis permanet, seipm negare non potest. Hæc inquā veritas  
dei eū seruabit: itavt si cetera oia ruant, hæc tñ eum credita non de-  
relinquet. Habet enim per hanc quod insultanti aduersario oppo-  
nat; habet quod turbantibus peccatis conscientiam obiciat. habet  
quod horror mortis & iudicij respondeat. Habet deniq; quod vni-  
uersis temptationibus solarium sit. Nempe hanc vnam veritatem, dl-  
cens, Deus est verax in promissionibus suis; cuius signum in baptif⁹  
mo suscepi. Si deus pro me/ quis contra me?

Si enim filij Israel ad pœnitentia reuersuri primo oīm exitū de  
Aegypto memorabant, & hac memoria ad deum qui eduxerat eos  
reuertebantur, quæ memoria & hoc ipm præsidū eis toties a Mose  
inculcatur & a Dauid repetitur: quāto magis nos nostrū de Aegy-  
pto nostra exitū debeimus memorare, & eius memoria redire ad eū  
qui nos eduxit per lauacrum regenerationis nouæ: cuius memoria in  
hoc ipm nobis cōmemorata est: Id quod oīm commodissime fieri in  
sacramēto panis & vini potest. Sic eīm oīm tria ista sacramēta; pœ-  
nitentia; baptismus; panis: simul eodē officio frequentabātur; & al-  
terum alterum iuuabat. Ita legitur de quadam sancta virgine, quæ  
quoties tētabatur non nisi baptismō suo repugnabat: dices breuissi-  
me, Christiana sum. Intellexit enim hostis statim virtutem baptismi  
& fidei quæ inveritate dei p̄mittentis pendebat, & fugit ab ea.

Ita vides q̄ diues sit homo Christianus siue baptisatus: qui etiā  
volens non pot perdere salutem suam quantiscūq; peccatis, nisi no-  
lit credere. Nulla enim peccata eum possunt dānare, nisi sola iucres-  
tulitas. cetera oia si redeat vel stet fides in p̄missionem diuinā ba-  
ptisato factā, in momento absorbentur per eandam fidē immo ve-  
ritatem dei; quia seipm negare non potest si tu eum cōfessus fueris  
& promittenti fideliter adhæseris. Contritio autem & peccatorum  
confessio, deinde & satisfactio & oia illa hominū excogitata flu-  
dia subito te deserēt & infeliciorem reddent si oblitus veritatis hu-  
ius diuinę in ipfis tete distenderis. Vanitas enim vanitatum & affi-  
ctio spiritus est quicquid extra fidem veritatis dei laborat.

Simul vides quam periculorum immo falsum sit opinari pœni-  
tentiam esse secundam tabulam post naufragium, & quā pernitio-  
sus sit error, putare per peccatum excidisse vim baptismi et nauem  
hanc esse illisam. Manet illa vna, solida & inuicta nauis; nec vñquā  
dissoluitur in vrias tabulas, in qua omnes vehuntur qui ad portum

salutis vehūtur; quē est veritas dei in sacramētis promittens. Hoc  
sane fit, vt multi e naue temere in mare profiliant & pereāt, hi sunt  
qui deserta pmissionis fide, in peccatum sese præcipitant. Verum  
naus ipsa permanet & transit integra cursu suo: quod si qua gratia  
ad nauē reuerti potest: nulla tabula, sed solida ipsa nau feretur ad  
vitā, hic est, qui ad pmissionē dei stabile & manētē perfidē reuertit.  
Vnde Petrus. i. Pet. i. arguit eos qui peccant, quod obliuionem  
accipiant: purgationis veterū delictorū fuorū sine dubio, ingratitu-  
dinē accepti baptismi, & impietatem infidelitatis eorum taxans.

Quid ergo pdest de baptismo tam multa scribere: & hāc fidē p-  
missionis non docere: oīa sacramēta ad fidē alendā sunt instituta,  
& hanc ipsam adeo nō tangūt, vt ēt asserat impij hoīes nō debere  
hoīem esse cortū de remissione peccatorū, seu gratia sacramētorū:  
qua impietate orbē totū demētāt, & sacramētū baptismi, ī quo stat  
prīma gloria cōsciētiae nostrāe, funditus extingūt nedū captiuant  
interim insaniētes in miseras aīas, suis contritionibus: anxijs con-  
fessionibus; circumstantijs: satiſfactionibus: operibus & id genus in-  
finitis nugis. Esto ergo prudēs lector: immo cōtēptor Magistri sen-  
tentiarū libro quarto, cum oībus suis scribentibus: qui tñi de mate-  
ria & forma sacramētorū scribunt, dū optime scribunt, id est mor-  
tam & occidentē literā sacramētorū tractant. Cæterum spiritum  
vitā & vsum, id est pmissionis diuinæ veritatem & nostram fi-  
dem prorsus intractas relinquent.

Vide itaq; ne te fallant operum pompa & humanarum tradi-  
tionū fallacie: vt veritatē diuinæ & fidei tuae non facias iniuriā. A  
fide sacramētorū tibi incipiēdū est sine ullis operibus si saluus fieri  
voles, fidē autē ipa sequentur opera, tñi ne vilē habeas fidē, quē op<sup>9</sup>  
est oīs operū excellētissimū, & arduissimū quo solo, ēt si ceteris oīb<sup>9</sup>  
carere cogereris, seruaberis. Est enim opus dei non his: sicut Paul<sup>9</sup>  
docet. Cætera nobiscum & per nos operatur, hoc vnicum in nobis;  
& sine nobis operatur.

Ex his pspicie discernere possumus, qd inter ministrū hoīem;  
& autorē dei interfit in baptisando. Homo ei baptisat & nō bapti-  
sat. Baptisat quia pficit opus dū emergit baptisandum. Non bapti-  
sat quia non fungitur in eo ope sua autoritate: sed vice dei. Vñ op<sup>9</sup>  
nos baptismū de manu hoīis non aliter suscipere: quā si ipē Christ<sup>9</sup>  
immo ipē de<sup>9</sup>, nos suis proprijs manib<sup>9</sup>s baptisaret. Non ei hoīis est  
sed Christi & dei baptisimus quē recipimus per manū hoīis Sicutque  
libet alia creatura: qua vtimur per manū alterius, non est nisi dei.

Cause ergo sic discernas baptisimū: vt externū hōi deo internum  
tribuas, vtrūq; soli deo tribue; nec conferentis psonā aliam q̄ instru-  
mentum vicariū dei accipe, per qđ dominus in ccelo sedens, te in  
aquam suis manibus p̄pris mergit & remissionē peccatorum p̄mit-  
tit in terris, voce hominis tibi loquens per os ministri sui.

Hoc & ipsa verba tibi dicūt: dū dicit, Ego baptiso te in nomine  
patris & filij & sp̄ūslandi Amen. Non dicit, Ego baptiso te in nomine  
meo: quasi dicat. id qđ facio non mea auctoritate, sed vice et noīe  
dei facio; vt nō aliter habeas quā si ip̄e dominus visibiliter fecisset.  
autōr & minister diuersi sunt, sed opus idē vtriusq;: immo soli⁹ au-  
toris p̄ ministeriū meū. Sic enī ego arbitrō. In nomine, referre psonā  
autōrū vt non tantū fit nomen dñi pretendere & invocare in ope-  
re; sed ipsum opus tanquam alienum, alterius nomine & vice ip̄e  
re. Quo tropo Matth. xxiiij. Christus dicit. Multi venient in nomine  
meo. Et Ro. j. per quem accepimus gratiam & Apostolatū ad obe-  
diendum fidei in omnibus gentibus p̄ nomine eius.

Hanc sententiā ego libētissime sequor, q̄ sit plenissimum solatiū  
& efficax fidei ad iutoriū, nosse se esse baptisati non ab hoīe sed ab  
ip̄a trinitate p̄ hoīem; qui noīe eius rem gerat apud nos. Quo cessat  
illa ociosa cōtentio; qua de forma baptisimi (quā appellant ip̄a ver-  
ba) litigat Grēcis dicētibus, Baptisetur seruus Christi. Latinis, Ego  
baptizo. Item alij rigidissime nugantes damnat̄ sic dici, Ego bapti-  
so te in nomine Iesu Christi: quo ritu certū est apostolos baptisasse; vt  
in actis apostolicis legimus. volunt̄; nullā alia deinceps valere quā  
istam, Ego baptiso te in nomine patris & filij & sp̄ūslandi Amen. Sed  
frustra cōtendunt, nihil enim p̄bant; sua omnia dumtaxat asserūt.  
Quocūq; modo tradatur baptisimus, modo nō in nomine hominis  
sed in nomine domini tradatur, vere saluum facit; immo non dubi-  
tem, si quis in nomine domini suscipiat; etiam si ipius minister non  
det in nomine dñi, vere baptisatum esse in nomine domini. Nō enī  
in conferentis tantū quantū in suscipientis fide vel vsu sita est vir-  
tus baptisimi. Sicut legitur exemplū de quodam Mimo per iocum  
fecerunt nobis iū qui fidei nihil, operibus autem titibusq; omnia tri-  
buerunt; cū soli fidei omnia & nihil titibus debeatnus, que nos facit  
liberos spiritu ab oībus istis scrupulis & opinionibus.

Alterum quod ad baptisimū pertinet, est signum seu sacramē-  
tum quod est ipsa mersio in aquam: vnde et nomen habet. Nam

baptiso græce; mergo latinæ, & baptisma merito est. Dictum ē enī iuxta pmissiones diuinæ dari & signa, quæ id figurent, qđ verba significat, seu vt recētores dīcūt sacramentū efficaciter significat qđ qđ sit videbim⁹. Arbitrati sunt quā plurimi; esse aliquā virtutē; occultā spiritualē; in verbo & aq̄ qđ operet in aia recipiētis grām dei. His alijs contradicētes statuūt; nihil esse virtutis in sacramentis; sed grām a solo deo dari; qui assitit ex pacto sacramentis a se istitutis. Omnes tñ in hoc concedunt sacramenta esse efficacia signa græ, ad quod hoc vnicō mouentur argumento. Non videri alioqui qua ratiōce noue legis sacramenta præstarent vetustis; si solum signifi carent. Et hinc impulsi sunt tantum tribuere sacra mētis nonq̄ legis vt prodest ea statuerent; etiam ijs; qui in peccatis mortalibus sunt nec requiri fidem aut gratiam; sed sufficere non posuisse obicem; hoc est; actualē ppositum denuo peccandi.

Hæc aut̄ quia sunt impia et infidelia contra fidē & naturā sacra mentori pugnantia, diligenter sunt cauēda & fugienda. Error enī est, sacramenta noue legis differri a sacramētis veteris legis penes efficaciā significationis, vtraq; equaliter significabant. Idem enim deus qui nos nunc p baptismum & panē saluat; saluauit abel per sa crificium; Noe per arcam; Abrahā per circuncisionē & alios omnes per sua signa. Nihil itaq; differt sacramentum veteris & nouę legis: quo ad significationē modo veterē legē appelles, quicquid in pa triarchis & alijs patribus tēpore legis operat⁹ est deus. Nā ea signa quæ in patriarchis & patrib⁹ facta sunt longe sunt discernenda a si guris legalibus quas Moses in lege sua instituit, quales sunt ritus sa cerdotales in vestib⁹; vasis; cibis; domibus & similibus; ab his enim nō modo lōgissime differunt noua legis sacramēta sed & ipa signa quæ p tēpore deus patribus dedit in lege viuētibus, quale fuit Ge deonis in vellere, Manue in sacrificio; quale & Isaia obtulit Achas Isa. vii. in ijs erū simul pmittebaſ aliqd, quo fides in deū exigebat.

In hoc ergo differtūt legales figure: a signis noui s& vetustis, qđ legales figure, non habent annexum verbū promissionis; quod si dē exigat; vnde nō sunt signa iustificationis; quia nō sunt sacramēta fidei: quæ sola iustificant sed sunt sacramenta operis tantum. Tota enim eotū vis & natura erat, opus, non fides. Qui enim ea faciebat; implebat ea: etiam sine fide o peras. At nostra & patrum si gna seu sacramēta habent annexum verbū pmissionis; quod fidē exigit, & nullo opere alio impletū potest: ideo sunt signa seu sacra-

menta iustificatiōis; quia sunt sacra iustificatiōis fidei & nō opis, vñ  
& tota eorū efficacia ē; ipa fides: nō opatio. Qui ei eis credit, is iplet  
ea; et si nihil opeſt. Inde querbiū illā. Nō sacramē ſides ſacri iuſtifi-  
cat; Sie cincūcifio nō iuſtificauit Abrahā & ſemē ei⁹; & tñ Ap̄l's ea  
appellat ſignaculū iuſtitie fidei. Quia fides in pmissione: cui iu-  
cta fuit circūcifio, iuſtificabat & iplebat id qđ circūcifio significa-  
bat. Fides em̄ fuit circūcifio ppucij cordis in ſpū, quā figurabat cīr-  
cūcifio carnis i l̄fa. Sic ſacrificiū Abel plane nō eū iuſtificabat, ſed  
fides, qua ſe deo totū obtulit, quā ſacrificiū extēmū figurabat.

Ita baptismus neminem iuſtificat, nec vili prodeſt, ſed fides in  
verbum pmissionis; cui additur baptismus, hæc enim iuſtificat  
& iplet id qđ baptism⁹ ſignificat. Fides ei ē ſubmersio veteris hoīs  
& emersio noui hoīs. Quare fieri non p̄t, vt ſacramenta noua di-  
ferat ab antiquis ſacris. H̄nt ei aq̄ pmissiones diuinas & eundē ſpū  
fidei, l̄z a figuris antiquis comp̄abiliter differat, pppter verbū pmissio-  
nis, qđ eſt mediū vnicū & efficacissimū differentię. Sicut & nunc  
ſine dubio figurat egregia in ſpiritu implenda, & tamē, quia nullū  
adef eis verbum diuinae pmissionis; nulla ratione, cum ſignis bap-  
tismi & panis conſerfi poſſunt, nec iuſtificant aut poſſunt vlo mo-  
do, cum impletiō eorum ſit ipē vſu ſeu opus eorum ſine fide, dū  
enim fiunt, ſeu aguntur, impletur. Sicut & Apostolus Coloff. ij. de  
eis dicit, q̄ oia ipo pereunt vſu, iuxta pcepta & doctrinas hominū  
&c. At ſacramēta non implent dum fiunt, ſed dū creduntur.

Ita nec verū eſſe p̄t, ſacriis inelle vim efficacē iuſtificationis, ſeu  
eſſe ea ſigna efficacia grā. Hæc em̄ oia dicunt in iacturā fidei: ex  
ignoratiā pmissionis diuīnæ; niſi hoc modo efficacia dixeris; qđ ſi  
alſit fides idubitata; certissime & efficacissime grā; confeſtant. At  
nō hoc mō efficaciā illis tribui, pbat; qđ ea, pdeſſe dicit ſib⁹ etiā  
pijs & incredulis; mō non ponant obicē quall ipsa incredulitas: nō  
fit omnium obſtinatissimus & hoſtiliſſimus obex grē; adeo ex ſacra-  
mento p̄ceptum: ex fide opus facere moliti ſunt. Nam ſi dat gra-  
tiā mihi ſacramētu; quia ſuſcipio iam vere ex opere meo: non ex  
fide grā obtineo, nec pmissionem in ſacramento apprehendo:  
ſed ſolum ſignum iuſtitutum & p̄ceptum a deo; ita clare vides:  
quā nihil ſacramenta itellecta ſunt ſententionarijs Theologis: qđ  
nec fidei nec pmissionis vllam in ſacramēti rationē habuerint  
tantum in ſigno & vſu ſigni herentes: & ex fide in opus, ex verbo i-

signum nostra pientes; qua re (vt dixi) sacramenta non modo capti  
tauerunt; sed penitus qđ in eis fuit aboleuerunt.

Nos ergo aperiētes oculū discam⁹ magis verbum quā signum  
magis fidē quam opus; seu usum signi obseruare. Scientes vbi cūq;  
est pmissio diuina; ibi requiri fidē. Esseq; utrumq; tā necessariū: vt  
neutrū sine vtro efficax esse possit Neq; enim credi potest; nisi assit  
promissio; nec promissio stabilitur; nisi creditur. ambae vero si mu-  
tuæ sint; faciunt veram & certissimā efficaciā sacramētis. Quare ef-  
ficaciā sacramēti: citra pmissionē & fidē q̄tere; est frustra niti; & dā  
nationē inuenire. Sic Christ⁹ qui crediderit & baptisat⁹ fuerit; sal-  
uus erit; qui non crediderit; condemnabī. Quo monstrat; fidē ī sa-  
cramēto adeo necessariā; vt etiā sine sacramēto seruare possit; ideo  
noluit adiūcere. Qui non crediderit; & non baptisatus fuerit.

Significat itaq; baptismus duo; mortē & resurrectionem; hoc est  
plenariā consummataq; iustificationem. Quod enim minister pue-  
sum immersit in aquā; mortem significat; qđ autem rursum educit  
vitam significat Ita Paulus Ro. vi. exponit. Consepulti em̄ sumus  
Christo per baptismū in mortem; vt quēadmodum Christus resur-  
rexit ex mortuis per gloriā patris; ita & nos in nouitate vitæ ambu-  
lemus. Hanc mortē & resurrectionē appellamus nouā creaturā; re-  
generationem; & spiritualem nativitatē; quā non oportet allegori-  
ce tr̄̄ intelligi; de morte p̄cti & vita gr̄ae sicut multi solent; s; de ve-  
ta morte & resurrectione. Non ei baptism⁹ significatio ficta ē. Ne-  
q; p̄cti morit⁹; neq; gr̄a surgit plene; donec corp⁹ p̄cti; qđ gerimus  
in hac vita destruatur; vt ibidē Ap̄l's dicit. Nam donec in carne su-  
mus; desideria carnis mouent & mouentur. Quare dum incipimus  
credere simul incipimus mori huic mundo; & vivere deo in futura  
vita; ut fides vere sit mors & resurrectio hoc est spiritualis ille bap-  
tismus quo immergimur et emergimus.

Quod ergo baptismō tribui tur ablutio a peccatis; vere quidem  
tribuitur; sed lentior & mollior est significatio; quā vt baptismū ex  
primat; qui potius mortis & resurrectionis symbolū est. Hac ratio-  
ne motus vellem baptisandos p̄enitus in aquā immersi; sicut so-  
nat vocabulum & signat mysterium: non quod necessarium arbit-  
rari; sed quod pulchrum foret rei tam perfectæ & plenæ: signum  
quoq; plenum & perfectum dari; sicut & institutum est sine dubio a  
Christo. Peccator enim non tam ablui quā mori debet; vt totus re-  
nouetur in aliam creaturam; & vt morti ac resurrectioni Christi re-  
pondeat: cui per baptismum commoritur & corresurgit. Li c̄t em̄

possis Christum dicere ablutum a mortalitate, dum mortuus est & surrexit; segnius tamen diceris, quā si in totum mutatū & renatum dixeris; ita ardentius est, per baptismum nos significari omnibus modis mori & resurgere in aeternam vitam; quam ablui a peccatis.

Hic iterum vides Baptismi sacramentum etiam quo ad signum non esse momentaneum aliquod negocium sed perpetuum. Licit enim usus eius subito transeat, tamen res ipsa significata durat usque ad mortem; immo resurrectionē in nouissimo die. Quā diu enim vivimus; semper id agimus, quod baptismus significat, id est morimur & resurgimus. Morimur inquam non tantum affectu & spiritualiter quo peccatis & vanitatibus mundi renunciamus, sed reuera vitam hanc corporalem incipimus relinquere; & futuram vitā apprehendere, ut sit realis (quod dicunt) & corporalis quoque transitus ex hoc mundo ad patrem.

Quare nobis cauedū est ab ipsis, qui baptismi vim eo redegerūt tenuitatis & paruitatis, ut gratia in eo dicat quidē infundi, sed postea per peccatum effundi, tum alia via ac iam quasi baptismō penitus irrito facto, ad cœlum eundum. Non sic tu arbitrabere; sed intelliges eam esse baptismi significationem: qua moriaris & vias ideo nō posse te sive per poenitentiam; sive per quancunq; aliam viam redire; nisi ad vim baptismi ac denuo illud facere; quod baptisatus es ut faceres; quodq; baptismus tuus significabat. Nunquā fit baptismus irritus; donec desperans redire ad salutem nolueris, aberrare quidē poteris ad tempus a signo: sed non ideo irritum est signum. Ita semel es baptisatus sacramentaliter; sed semper baptisatus fide, semper moriendum; semperq; viuendum. Baptismus totum corpus absorbuit: & rursus edidit; ita res baptismi totam vitā tuam cum corpore & anima absorbere debet & reddere in nouissimo die, indutam stola claritatis & immortalitatis itaq; nunquam sine baptismi tam signo quam ipsa sumus; immo semper sumus baptisandi magis ac magis, donec signum perfecte impleamus in nouissimo die.

Intelligis ergo quicquid in hac vita gerimus: quod ad mortificationem carnis & vivificationē spiritus valet ad baptismū pertinere; & quo brevius a vite absoluimur, eo citius baptismū nostrū impleamus. & quo atrociora patimur; eo feliciō baptismino respōdeamus. ideoq; ecclesiam tunc fuisse felicissimā, quando martyres mori-

tificabant omni die; & aestimabantur sicut oves occiosi: tūc enim regnabat in Ecclesia virtus baptismi pleno ipso, quā hodie ignoramus etiam p̄ multitudine operum & doctrinarum humanarum. Quicquid enim viuimus, Baptismus esse debet: & signū seu sacramentū baptisini implere; cum a ceteris omnibus liberati; ut tantū baptismō simus addicti; id est morti & resurrectioni.

Hanc gloriam libertatis nostra: & hanc scientiam baptismi esse hodie captiuā: cui possum⁹ referre acceptū: quā vni tyrannidi Romani pontificis: qui vt pastorem primum decet, vñ onanū maxime debuit esse prædicator & assertor hui⁹ libertatis & scientie, sicut Paulus, 2. Corint. 4. dicit: Sic nos existimet homo: sicut ministros Christi & dispensatores mysteriorum seu sacramentorum dei; ipse solū id agit; vt suis decretis & iuribus opprimat, & in potestate sua tyranidem captiuos illaqueat. Obscurō quo iure ( vt non dicam: quam impie & dampnabiliter hæc mysteria omittat docere) Papa super nos constituit leges: Quis dedit ei potestatē: captiuandę huius nostrae libertatis per baptismū nobis donatę: Vnum( vt dixi ) nobis in tota vita a gendū est propositum; vt baptisemur; id est mortificemur: & viuamus per fidem Christi, quam & vnicē doctam oportuit; maxime a summo pastore. At nunc: tacita fide; infinitis legib⁹ opetum & ceremoniarum extincta est Ecclesia; ablata virtus & scientia baptismi; impedita fides Christi.

Dico itaq;: neq; Papa: neq; Episcopus, neq; vllus hominum: habet ius vniuersitatis syllabæ constituendę super Christianū hominem; nisi id fiat eiusdem consensu. Quicquid aliter fit; tyrranico spiritu fit; ideo orationes; leiunia; donationes; & quæcunq; tandem Papa in vniuersis suis decretis tam multis q̄ inquis statuit, & exigit, Prosternit nullo iure exigit & statuit; peccatq; in libertatem Ecclesie, toutes quoties aliquid horum attentauerit. Hinc factū est: vt Ecclesiastici hodierni strenui quidem sint tutores libertatis Ecclesiasticæ id est: lapidū lignorum: agrorum & censuū (sic enim hodie Ecclesiastica sunt idem quod spiritualia) sed eisdem fictis verbis; veram Ecclesiæ libertatem non modo captiuent: sed pessimenter penit⁹. etiam plus quam Turca, contra Apostolum qui dicit. Nolite fieri servi hominum. Hoc enim vere est hominum seruos fieri statutis & tyrranicis eorum legibus subiici.

Adiuuant hæc impiam & perditam tyrannidem discipuli Papę  
huc torquentes & depravantes illud Christi, Quivos audit: me au-

dit. Magnis enim buccis hoc inflant verbum pro suis tradiōibus cum Christus hoc dixerit Apostolis euntibus prēdicare Euāgeliū, & ad euangelū tñ referri debeat ip si omisso Euangelio suis tantū fabulis id aptant. Dicit enim Iohann. x. Oues meę vocem meam audiunt; alienorum autem vocē nō audiunt; ideo & reliquā est Euāgeliū; vt vocē christi sonaret Pōtifices; at ipsi suas voces sonāt; audiri deniq; volunt. Apostolus quoq; dicit se ē missam esse nō baptisare sed euangelisare; ita y; nemo est obnoxius pōtificis traditōnibus: nec oportet eum auditri; nisi dū Euangeliū & Christū docet nec aliud ipse docere debet quā fidē liberrimā, cū autē Christus dicat. Qui vos audit me audit. Cur non Papa quoq; audit alios; non enim soli Petro dicit; qui te audit. Deniq; vbi est vera fides; ibi & verbum fidei esse necessarium est. Cur ergo Papa infidelis nō audit quandoq; seruum suum fidelē habentē verbū fidei? Cæcitas Cæcitas in pontifi cibus regnat.

Alij vero multo impudentiores ex illo Matt. xxij. Papæ arrogat potestatē legi cōdendārū. Quodcunq; ligaueris &c. cū ibi Christ⁹ de peccatis ligandis & remittendis agat, non de Ecclesia tota capitulāda & legibus opprimenda; ita omnia agit ista tyrānis fīctis suis verbis; tortis per vim ac depravatis verbis dei. Hoc sane cōfitit eorū. Esse tyrannidem istam maledictā ferendā Christianis, sicut qualibet alia violentiam huius mūdi: iuxta illud Christi. Qui te perculserit in maxillam dexterā, prebe ei & alteram; sed hoc queror! quod impij pontifices id iure posse & facere iactant, & rei Christianæ sese consulere, hac Babylone sua presumunt hanc ipsam opinionē oībus persuadentes. Si enim conscientia impietatis & tyrannidis ea faceret, aut nos pateremur vim eorum inter ea securi numerare mus; quæ ad mortificandā vitā hanc; & implendū baptismū valēt, integrā nobis relata conscientia gloriādi de iniuria illata. At nunc volunt sic conscientiā libertatis nostræ illaqueari, vt credamus bene rulari, & cūsint lupi, videti volūt pastores cū fiunt antichristi: volūt honorari pro Christo, p̄ hac duntaxat clamo libertate & conscientia, clamoq; fidenter.

Christianis nihil vlo iure posse imponi legum; siue ab hoībus siue ab angelis, nisi quantum volunt; liberi enim sumus ab oībus. Quod si quæ imponuntur sic ferenda sunt; vt libertatis conscientia salua sit, quæsciat & certo affirmet iniuriam sibi fieri quam cum

gloria ferat: ita cauens ne iustificet tyrannum, vt ne murmuraret cōtra tyrrnidam. Quis enim est ait Petrus, qui yobis noceat si bonū enulati fueritis: omnia cooperantur electis in bonum. Attamen quia hanc baptisini gloriam & libertatis Christianæ fœlicitatem pauci nouerant, nec præ tyrrnide Papæ nosse possunt: ipse me hic expedio & conscientiam meam redimo compellans Papam & omnes papistas. Quod nisi sua iura & traditiones fustulerit & ecclē s̄is Christi libertatem suā restituerint, eamq; doceri fecerint, reos esse eos omnium animarum, quæ hac misera captiuitate pereunt. Esseq; papatum aliud reuera nihil quam regnum Babylonis & veri Antichristi. Quis enim est homo peccati & filius perditionis: quā is qui suis doctrinis ac statutis: peccata & perditionem animarum auger in Ecclesia, sedens tamen in Ecclesia sicut deus? Ad hoc totū abūde impleuit tyrannis papalis iam a multis seculis: quæ fidem extinxit, sacramenta obscurauit: Euangelium oppressit, suas autem non modo impias & sacrilegas, verum etiam barbaras & indoctissimas leges imperauit, & sine fine multiplicauit.

Vide ergo miseriam captiuitatis nostræ Quomodo sedeat sola ciuitas plena populo, & facta sit vidua domina gentium, princeps prouinciarum sub tributo. Non est qui confoletur eam, etiam amici eius spreuertunt eam &c. Tot ordines; tot ritus; tot sectæ; tot professiones tot studia; tot opera sunt: quibus hodie Christiani occupantur ut obliuī cantur baptismi sui, et nemo præ harum locustarum erucarum bruchorum multitudine meminisse possit: se esse baptisatum aut quid in baptismo consecutus sit. Decebat enim nos esse sicut paruuli baptisati; qui nullis studijs nullisq; operibus occupati in omni sunt liberi solius gloria baptisini sui securi & salui. Sumus enim & ipsi paruuli: in Christo asidue baptisati.

¶ Opponetur forsitan ijs que dicta sunt, baptisimus paruulorum: qui promissionem dei non capiant; nec fidem baptismi habere possunt: ideoq; aut non requiri fidem, aut paruulos frustra baptifari. Hic dico quod omnes dicunt: fide aliena paruulis succurrit: illorum qui offerunt eos sicut enim verbum dei potens est dum sonat etiam impij cor immutare: quod non minus est surdum & incapax quā vilius paruulus: ita per orationem Ecclesie offerentis & credentis cui omnia possibilia sunt: & paruulus fide infusa mutatur: inundatur: & renouatur. Nec dubitare, etiam adulterum impium eadem Ecclesia orante & offerente, posse in quouis sacramento mu-

tari, sicut de paralytico Euāgelico legimus, aliena fide sanato. Atq; hac rōne libens admitterem sacramēta nouae legis esse efficacia ad dandam gratiam non modo non ponētibus, sed etiam obstinatissi me ponentibus obicē. Quid enim fides Ecclesiae & oratio fidei nō tolleret; cum Paulū Apostolum Stephanus hac vi conuertisse credatur? At tunc sacramenta non sua sed fidei virtute faciunt quod faciunt; sine qua nihil prorsus faciunt ut dixi.

Queritur etiā adhuc an parvulus nondū nat⁹ possit porrecta ex vtero manuvl⁹ pede baptisari? Hic nihil temere iudico, meāq; igno ratiā cōsiteor. Nec scio an id satis sit, qđ p fundamēto habent. Esse videlicet aīam in qualibet pte corporis totā. Non enī aīa, sed corp⁹ possit qui natus nondū sit, & si vehementer vrgeat; ideo magisterio spiritus hæc relinquō; interim sinens quenq; suo sensu abundare.

Vnū hic addo qđ vtinam cūctis queam p suadere; id est vt voto prorsus oīa tollerētur aut vitarētur; siue sint religionū; siue peregrinationū siue quoruncunq; operū, maneremusq; in libertate religiosissima & operosissima baptisimi. Dici non potest quātum detrahatur baptismo, & obscureret scientiā libertatis Christianæ opinio illavoto rū plus nimio celebris ut interim taceā; infanda etiam eaq; infinita pericula animarū quæ vouēdi ista libido, incōsultaq; temeritas quo tidie auget. O impiiss. pontifices & infōlicissimi pastores qui fecūti super ista contritione Ioseph pessima & periculosissima.

Oportuit hic generali edictō vel tollere vota, illa presertim perpetua & ad baptisimivota cūctos reuocare, vel diligēter monere; ne quis temere voveret, nullū inuitare īmo difficiles tardosq; eē ad vota pmittenda. Abunde enī vouimus in baptismo & plus quā possimū mus implere, sat negocij habituri si huic vni intenderimus. At nūc mare & aridā circuimus/ vt multos, pselytas faciamus: mundum sa cerdotibus/monachis/monialibus implemus: & hos oēs perpetuis votis incarceramus. Hic inuenias qui disputent, & statuāt op̄ intra premijs in celo alijs preferendū. Pharisei/ cæci/ & impij/ qui ex operum magnitudine & multitude aliaue qualitate metiuntur iusticiā & sanctitatē, quæ ex sola fide apud deū mensuratur: apud quē nulla est differentia operum, nisi quanta est fidei differentia.

Faciūt hac bucca sua homines impij suis inuentionibus opinio

nem & opera hoīm inflant ad alliciendū stolidū vulgus: quod Specie operū fere dicitur in magnā iacturam fidei; obliuionē baptisimi iniuriā libertatis Christianæ. cum eīn votum sit lex quædam & ex aio, necessario multiplicatis votis leges & opera multiplicantur: qui bus multiplicatis fides extinguitur / & baptisimi libertas captiuatur. Hijs blandictjs impijs non cōtenti, addunt alijs ingressum religio- nis esse velut nouum baptisma / quod deinceps licet toties renoua- ri quoties ab integro ppositū religionis renouatur, ita votarij isti si bi solis iusticiā salutē gloriam tribuerunt. Baptisatis prorsus nihil reliquerunt: quo posint eis cōferri. Iā Rō. pontifex superstitione, omniū fons & autor magnificis bullis & indulxit, has viuēdi ratio- nes confirmat; approbat; ornat, Baptismū vero nemo vñ memoria dignat. A tq; ijs pōpis speciosis (vt dixi) sequacē populū Christi in quaſ cunq; volent ſimple gadas pellunt: vt ingrati ſuo baptismo p- luant meliora ſuis operibus preſtare quam alijs ſua fide.

Quare & deus rurlus cum peruersis peruersus: vt turus ingratitu- dinem & superbiam votariorum facit; vt vota ſua non feruent; aut cum ingenti labore feruent, maneantq; in eis immersi: nunq; fidei & baptisimi gratiā cognoscētes: & cū non fit creditus: cū deo spiritu eorum / perfuerent in hypocriſi ſua ī perpetuum, & tandem ludibrio ſint toti mundo ſemper iufticiā ſectando & ad iufticiā nunquam perueniendo: vt ipalent illud Ifaie. 2. Et terra repleta eſt I dolis.

Ego ſane non prohibuerim nec repugnauerim ſi quis priuatim arbitrio ſuo quippiam velit vouere, nevota penitus contēnam aut damnem: ſed publicum vitæ genus hinc statui & confirmari, omnino diſſuauerim. Sufficit cuiq; vouēdi priuata licētia periculo ſuo publicam vero commendari rationem viuendi in votis vouendis arbitror pnicosum eſſe Ecclesiæ & animabus ſimplicibus. Primum quod non parum Christianæ vitæ repugnet, in hoc quo d. votū eſt lex quædam ceremonialis et humana traditio ſeu pūlemptio: a qua F. ecclæſia per baptisimū liberata eſt. Christian⁹ enim nulli legi addi- c̄tus eſt niſi diuina. Deinde quod non habeat exemplum in ſcrip- turis, p̄cipue caſtitatis, obedientiæ, paupertatis perpetuæ votuſ. Quod autem e ſcripturis exemplum nō habet p̄iculō ſum eſt nulli prorsus ſuadendum, multo minus pro vulgari & publico viuendi genere ſtatuendum; & ſi cuilibet audere ſuo periculo quod volue- rit, ſit permittendum. Opera enim quædam ſpiritus in paucis ope- tur: queq; exemplum aut viuendi modum nequaq; ſunt vocanda.

Sed & vehementer metuo ne votiuæ istæ viuendi rationes reli  
giosorum sint de numero eorum : de quibus A postolus prædictus  
Erunt docentes in hypocriti mendacium, prolibetes nubere & ab  
stinere a cibis: quos deus creauit ad percipiendū cū gratiarū actio  
ne. Nec mihi quisquā obiecerit sanctū Bern. Franciscū, Dominicū  
& similes religionū vel autores; vel auctores. Terribilis & mirabilis  
est deus in cōsilijs suis super filios hominū: potuit Danielem, Ana  
niam, Azariam, Misaēl, in Babylonici regni (id est in media impie  
tate) administratione seruare sanctos; cur non potuisset & hos in p  
ericulo vita genere sanctificare; aut singulari opere spiritus guber  
nare: quod tñ exemplum alijs fieri nollet. Et certū ē: nullum illorum  
saluantur, contra quam maxime omnium pugnant speciosę ille ser  
tutes votorum.

Sed abundet hic sensu quisq; suo, Ego quod cepi psequar: cum  
pro libertate Ecclesiæ & gloria baptisi nūc loquar: in mediū con  
sulere debo: qđ spiritu magistro intellexero. Quare cōsulō, Primū  
magnatibus Ecclesiārū: vt omnia ista vota seu vitas votariorū tol  
lant; vel nō p̄bent & extollat. Aut si hoc non fecerit; suadeo omnī  
bus qui volunt securius salui fieri; vt sibi ab omnibus votis: p̄fet  
tim magnis & perpetuis tēperent, maxime adolescentes & iuuenes  
Hoc consulo primū: iō qđ hoc vita gen⁹: vt dixi nullū hz i scriptu  
ris testimonij & exemplū sed solis hominū pontificū bullis & vere  
bullis est inflatū. Deinde: quod p̄clue sit in hypocritis: pp suā sp̄  
ciem & singularitatem: vñ nascit⁹ supbia & contēpt⁹ cōmunis Chri  
stianæ vita. At si nulla alia esset cā eadē vota tollendi: hæc vna fa  
tis haberet ponderis, Quod p̄ ipa; fidei & baptismo detrahitur: &  
opera magnifican⁹ q̄ sine pernicie magnificari nō poslunt, Nā iter  
multa milia vix est vñus, qui non magis opera in religionib⁹ suspi  
ciat quā fidē. q̄ insania & se se mutuo p̄ferunt: tanquam stricio  
res & laxiores vt vocant.

Quare ergo nulli suadeo; immo omnibus dissuadeo: ingressum  
cuiuscunq; religionis aut sacerdotij nisi sit ea scientia premunit⁹  
vt intelligat: opera quantumlibet sacra & ardua religiosorum & sa  
cerdotum in oculis dei: prorsus nihil distare ab operibus rustici in  
agro laborantis, aut mulieris in domo sua curatissim⁹: sed sola fide om  
nia apud eū mensurari: sicut Hiere, 5. dicit, Domine oculi, tui re  
spiciunt fidem. Ecclesi, 2. In omni opere tuo crede ex fide animæ  
contingere: vt gratius sit ancilla aut serui domesticum & vile op⁹:

quā oīa ieiunia & opera religiosi & sacerdotis ob fidei defectū. Cū ergo probabile sit vota hodie non nisi ad operū valere iactantiam & presumptionē, metuendum est nusq minus de fide & Ecclesia esse q̄ in sacerdotibus: monachis: & Episcopis & eos ipos esse reuera gē tiles seu hypocritas, qui se Ecclesiam aut̄ cor Ecclesiae, item spiritu ales & rectores Ecclesie arbitrātur cū sint nihil minus. Et hunc esse vere populū trāsmigrationis, in quib⁹ captiuā sunt oīa q̄ nobis i bā ptisimo libera donata sunt, relicto populo terræ paupere & modico: qui velut conjugatis contingit viles in oculis eorum apparent.

Ex his duos insignes errores Ro. pōtificis cognoscimus. Prior quod dispensat in votis: facitq; id quasi solus pre omnibus Christianis habeat autoritatem: tanta est hominum impiorum temeritas & audacia. Si enim votum dispensari potest / quilibet frater cū proximo & ipse secum dispensare potest; fin dispēlare pximus non potest nullo iure Papa potest. Vnde enim habet hanc autoritatem? Ex clauibus: At heæ omnibus cōmunes sunt & super p̄tā dūtaxat valēt Matth. xviiiij. Cum autem & ipi fateātur vota esse iuris diuini: quid miseris fallit & perdit animas dispēlans in iure diuino quod est indisponsabile. Blatterat quidem tit. devo. & voti redem. se posse mutare vota: sicut olim in lege, primogenitū asini mutabat oue: quasi idem sit primogenitum asini & votū qd tam constanterbiq; exigit reddi: aut si dominus in lege sua ouem p̄ asino statuat mutari, mox etiam homo Papa in lege nō sua / sed eiusdem dei eandē ha beat potestatem. Non Papa hanc decretalem fecit sed asinus p̄ pa pa mutatus, sic infygniter & delyrus & impius est.

Posterior quod rursus decernit matrimonium dirimi si alter; altero etiam inuito monasterium ingrediatur, nondum consumato matrimonio. Obsecro Quis satan hæc inspirat Papæ portenta: de us præcipit homini seruari fidem, & veritatem inuicem custodire. Deinde de suo quenq; facere bonum, odit enim rapinam in holocaustum: vt per I sajam dicit. At coniunx altera alteri per pactum fidem debet: nec su⁹ est, quā nullo iure potest dissoluere: & quicquid de se facit de rapina facit, altero inuito. Aut quare nō etiam hac regula, qui ære alieno præmitur religionem intrat & suscipitur: vt a debitib⁹ liberetur, vt fidem liceat negare: Cæci, cæci, Quid est mai⁹ fides a deo præcepta an votum p̄ hominē excogitatum & electum? Tu es pastor aiarum Papa: & vos estis doctores sacrae Theologiae qui hæc docetis: Qua enim causa sic docetis? Nempe quod votum

meliore opere quam coniugium ornastis, sed non fidem, quæ sola magnificat omnia, sed opera manigficatis quæ nihil sūt cotam deo, aut omnia æqualia, quantum ad meritum attinet.

Ego itaq; non dubito in votis si recta sunt, neq; homines neq; angelos posse dispensare, Sed hic non sum plane mihi ipsi persuasus, an ea sub voto cadant omnia quæ hodie vouentur. Quale est illud mite ridiculum & stultum, quod parentes vount prolem vel nondum natam vel infanteam, ad religionem seu perpetuam castitatem, immo hoc sub nullo voto cadere certum est, & videtur esse quædam irrisio dei, dum ea vount, quæ nullo modo in sua sunt potestate. Ad religiosos venio, quorum tria vota quo magis cōsy dero, eo minus intelligo: mirorq; vnde inoleuerit ita votorū exactio, iam hoc multo minus intelligo. quo ætatis anno voueri possint, vt legitima sint & valeat In hoc placeat conuenisse oēs ante annos puberratis, nihil valere vota eorum; licet magnā partem puerorū hic fallant ignarā tā suae ætatis quā rei quā vount: non enim obseruāt in suscipiēdis annos pubertatis: tū professos dira cōcītia: quasi consensu postea secuto capriuos tenēt & deuorant: quasi votum quod irritum fuit, tandem ratum fiat succendentibus annis.

At mihi stultum videtur, ab aliis præstitui terminū, legitimi voti alterius; qui sibi ipsis nō poslunt præstituere. Nec video: cur valeat voto decimo octauo anno factum & non decimo aut duodecimo. Nec satis facit quod decimo octauo sentiat homo carnem suam. Quid si vix vicesimo aut tricesimo sentiat: aut fortius tricesimo quam vicesimo sentiat? Aut cur non diffinitur æque terminus paupertati & obedientiae? Sed quod tempus dabis: quo se auatum & superbum sentiat, cum etiam spiritualissimi hos affectus vix deprehendant: Ergo nunquā erit vilium votum certum & legitimū, nisi donec spirituales facti fuerimus: & votis iam non eguerimus. Vides itaq; res istas incertas & periculosissimas esse, vnde salutare cōsiliū foret: has sublimes vituendi rationes votis liberas; soli spūi relinquere: sicut olim fuerunt: & nequaquā in genus quod dā perpetuae vitae mutandas esse. Verum hæc interim de Baptismo & libertate eius: satis, Suo forte venient tēpore vota latius tractanda: ut sunt reuera tractatu vehementer necessaria.

#### DE SACRAMENTO POENITENTIAE

**TERTIO LOCO** de poenitentia sacramēto dicendū: in qua re: editis iam tractatulis & disputationibus satis multos offer-

di, & quid in ea sentirem abunde exposui. Nunc breuiter repetēda  
pro tyrannide reuelanda; quæ non pars sic hic grassatur; quā in sae-  
cramento ponis. In his enim duobus sacramentis quia lucrum & q-  
stus locū hñt, incredibili negocio iſaniuit avaritia pastotum ī oves  
Christi; quanquā vt iā deuotis vidimus, & baptismus vt avaritiae  
seruiretur mifere occubuit in adultis.

Primum huius sacramenti & capitale malum est: quod sacra-  
mentum ipsum in totum aboleuerunt; ne vestigio quidem eius re-  
lieto. Nam cum & ipsum sicut & alia duo constet; verbo promissio-  
nis diuinæ & fide nostra; vtrung; subuerterunt. Nam verbum pro-  
missionis; vbi Christus dicit Matt. 16. Quodcunq; ligaueris &c. Et  
18. Quodcunq; ligaueritis &c. Et Iohan. vlt. Quorū remiseritis pec-  
cata remittuntur eis &c. quibus prouocatur fides pœnitentium: p  
remissionē peccatorū impetranda: sua tyrannidi aptauerunt. Vn-  
uersis enim suis libris, studijs, sermonibus, non hoc egerunt: vt do-  
cerent: quid Christianis in his verbis pmissum esset quid credere  
deberent: & quantum consolationis haberent: sed quam late, lōge  
p funde ipsi potentia & violentia tyrannisarent, donec quidam &  
angelis in cœlo coperint mandare: & iactent incredibili & furēti,  
impietate se cœlestis & terreni perij iura ī his accepisse, atq; in cœ-  
lis etiā ligandi potestatem habere: ita proſus nihil de fide salutari  
populi: sed de potestate tyrannica Pontificum oia blatterant: cum  
Christus nihil de potestate: sed de fide omnia agat.

Non enim imperia: non potestates: non dominationes: sed mi-  
nisteria in Ecclesia sua cōstituit: sicut ex Apostolo didicimus dicē-  
te, Sic nos existimet homo vt ministros Christi & dispēsatores my-  
steriorū dei. Quare sicut ibi cum dicit, Quicūq; crediderit & baptis-  
tatus fuerit: saluus erit, fidem prouocavit baptisandorum: vt hoc pro-  
missionis verbo homo certus sit: si baptisetur credens: salutem se  
se consecuturum. vbi nihil proſus potestatis tributum, sed ministe-  
rium duntaxat baptisantū instituitū sit: Ita hic cum dicit. Quodcū  
q; ligaueris &c. fidem prouocat pœnitentis: vt hoc pmissionisver-  
bo certus sit si solueretur credens: vere solutum se esse in cœlo vbi  
plane nihil potestatis: sed ministerium tangitur absoluenteris. Et fa-  
tis mirum est quid acciderit cæcis illis & arrogantibus hominibus  
vt ex pmissione baptisanti: non etiam sibi tyrannidem arroga-  
rint: aut si hinc non arrogant: cur in pœnitentiali pmissione id  
presumpserint, cum vtrobiq; sit par ministerium: similis pmissio-

eadem sacramenti ratio, ut non possis negare, si Baptismus nō soli  
Petro debetur; etiam claves impia tyrannide soli Papæ arrogari.

Ita cum dicit, Accipite hoc est corpus meum: quod p vobis  
tradetur: Hic est calix in sanguine meo &c, fidem prouocat man-  
ducantiū, vt his verbis per fidem firmata cōscientia certe sint, sepe  
remissionem peccatorum accipere, si manducauerint. Nec hic aliz  
quid potestatis sonat, sed solum ministerium, Sed baptismi pro-  
missio vtcung; vel infantibus permanxit panis & calicis promissio  
extincta in auaricie seruitutem migravit: & ex fide opus, ex testa-  
mēto sacrificium natum est, Pœnitentiae promissio abiit in tyran-  
nidē violentissimā & imperium plus quam temporale statuendum

Non hoc contenta Babylonie nostra, fidē quoq; adeo extin-  
xit: vt impudēti fronte eā negaret necessariā esse in sacramēto isto  
immo. Antichristica impietate definiret hērelin esse si fidē necessaria  
quis esse affereret. Quid amplius potuit tyrānis ista facere & nō  
fecit? Vere super flumina Babylonis sed emus & flemus dū recor-  
damur tui Zion in salicibus in medio eius, suspendimus organa no-  
stra. Maledicat dñs steriles istas salices fluminum istorum, Amen.  
Obliteratis itaq; ac subuersis promissione & fide, videamus quid  
substituerint in locum earum. Tres partes dederūt pœnitentiae, cō-  
tritionē, confessionē, satisfactionem, sed sic, vt in singulis, si quid  
boni inesset tollerent; & in eisdem quoq; suam libidinem & tyran-  
nidē constituerent.

PRINCIPIO Contritionem sic docuerunt; vt eam fide p-  
missionis priorem facerent & longe viliorē, vt quæ non esset fide  
dei opus; sed meritum immo non memorātur eam. Sic enim operi  
bus inhaeserunt & exemplis scripturarum in quibus leguntur multi  
veniā consecuti propter cordis contritionē & humilitatē, sed non  
aduertunt fidē, quæ cōtritionem & dolorem cordis operata est, si-  
cut de Niniuitis Ionæ.ij. scribitur. Et crediderunt viri Niniuitae in  
domino & prædicauerunt ieiunium &c. His audaciores & peiores  
finixerunt quandam attritionem; quæ virtute clavium (quam igno-  
rant) fieret contritio eam donant impijs & incredulis, vt sic vna-  
uersa contritio aboleretur. O iram dei insuffitabilem, haecine  
in Ecclesia Christi doceri. Sic securi & fide & opere eius abolito in  
doctrinis & opinionibus hominū incadimus immo operimus. Ma-  
gna res est cor contritum, nec nisi ardentis in promissione & com-  
minationem diuinam fidei, quæ veritatem dei immobilem in-

tuita tremefacit; exterret & sic conterit conscientiam; rursus exaltat & solatur seruatq; contritam; vt veritas comminationis sit causa contritionis; veritas pmissionis sit solatijs; si credatur & hac fide homo mereatur peccatorū remissionem. Proinde fides ante omnia docenda & pucanda est fide autem obtenta; contritio & consolatio ineuitabili sequela sua sponte venient.

Quare & si non nihil docent; qui ex peccatorum suorum (vt vocant) collectu & conspectu, contritionem parandam docent: periculose tamen & peruerse doceut dum non ante principia & causa: docent contritionis ac mpe diuinæ cōminationis & pmissionis veritatem immobilem ad fidem protocandam; vt intelligat multo maiori negocio sibi veritatem diuinā esse spectandam, vnde humilientur & exaltentur, quam peccatorum suorum turbam: quæ si citraveritatem dei sp̄ctentur; potius refricabunt & augebunt peccati defyderium quā contritionē parent. Taceo hic insuperabile causas laboris quod nobis imposuerunt; scilicet vt oīm peccatorum formemus cōtritionē, cum hoc sit impossibile & minorē partē peccatorū scire possimus, deniq; & bona opera intueniantur esse peccata, iuxta illud psal. cxlii. Non intres in iudicij cū seruo tuo, quia nō iustificabitur in conspectu tuo oīs viuēs. Satis enim est si ea doleamus peccata, quæ p̄senti conscientia mordent, & facile p̄spectu memorie cognoscuntur. Nam qui sic affectus est absq; dubio paras est de omnibus dolere & timere, dolebitq; ac timebit: vbi in futurum reuelata fuerint.

Cause ergo in contritionē tuā confidas: aut dolori tuo tribuas remissionē p̄ctōrum. Non respicit ppter hæc deus sed ppter fidē quam minis & pmissis eius credidisti quæ operata est dolorē eiusmodi: ac per hoc nō diligentiae peccatorum collectrici sed veritati dei & fidei nostre debetur quicquid boni in poenitentia fuerit. Cætera oīa sunt opera & fructus quæ sua sponte sequuntur; & bonum homē nō faciunt sed a bono iam per fidem veritatis dei facto fiunt. Sic fumus ascēdit in ira eius: quia iratus montes conturbat & succedit: vt psal. xvii. dicitur, prior est error cōminationis qui succedit ipsos; hanc fides acceptans fumat cōtritionis nebulam &c.

Cōtrito tamen minus tyrannidi & quæstui, sed in totum impie tati & doctrinis pestilentibus patuit. Confessio vero & satisfactio egregiæ officinæ factæ sunt lucri & potētiae. De confessione prius

uinitus mandatam Matth.iiij. Baptisabantur a Iohanne in Iordanē  
confitentes p̄ctā sua j. Ioh.j. Si confessi fuerimus peccata nostra, fi-  
delis est & iustus qui remittat nobis p̄ctā nostra. Si dixerimus quia  
non peccauimus mendacē cū facimus: & verbum eius in nobis non  
est. Si enim sanctis non licet negare p̄ctū suū, quātominus publicis  
aut magnis peccatis obnoxios oportet confiteri. Sed omniā effica-  
cissime Mat. xviiij. instituta confessio p̄batur vbi Christus docet fra-  
trem peccantem corripiendum; p̄dendum; accusandum: & si non  
audierit excommunicandum. Tunc enim audiet quando agnosceret  
& confitebitur peccatum suum correptioni cædens.

Occulta autem confessio quæ modo celebratur, & si probari ex  
scriptura nō possit miro modo tamē placet & vtilis imo necessaria  
est nec velle lem eam nō esse, immo gaudeo eam esse in Ecclesia Chrl-  
sti cum sit ipa afflictis consientijs vnicum remedium. Siquidē de-  
tecta fratri nostro cōscientia & malo quod latebat familiariter reue-  
lato, verbū solatij recipimus ex ore fratris a deo platum; quod fide  
fusciplentes pacatos nos facimus in misericordia dei per fratrem no-  
bis loquentis. Hoc solum detestor Esse eam confessionem in tyran-  
nidem & exactionem pontificum redactam. Nam & occulta sibi re-  
seruant, deinde nominatis a se confessoribus reuelari mandant, ad  
vexandas scilicet hominum conscientias solum pontificantes, of-  
ficijs veris pontificū prorsus (quæ sunt euāgelisare & pauperes cura-  
re) contemptis. Quin ea potissimum reseruant sibi impij tyrānti, quæ  
minoris sunt momenti: magnavero passim relinquunt vulgo facer-  
dotum. Qualia sunt ridicula illa & conficta in bulla Cœnæ dominii:  
immo quo sit manifestior peruersitatis impietas ea quæ contra cul-  
tum dei fidem & prima præcepta sunt, non modo nō reseruant sed  
& docent & p̄bant: qualia sunt discursus illi peregrinationum, cul-  
tus pueris sanctorum: mendaces legendæ sanctorum: varia fiducia  
& exercitia operum & ceremoniarum quibus omnibus fides dei ex-  
tinguitur & Idolatria fouetur, sicut est dies hæc: vt pontifices ho-  
die alios non habeamus quā quales olim Hieroboam in Dan & bet-  
sabee constituit vitulorum aureorum ministros, vt qui legem dei fi-  
tantum inuenta, populis in timore & potestate inculcat.

Ego et si violentiam istam reseruatorum ferēdam esse suadeo, si  
cut & vniuersas omnium tyrannides ferre iubet Christus, & his ex-  
act oribus parendum esse docet: tamen ius reserandi eos habere

nego neq; credo, quod nec vno apice aut iota possunt probare, ego autem contrarium probo. Primum. Si Christus Matt. xxiiij. de publicis peccatis dicit nos esse lucratos animam fratris, si correpti nos audierit, nec prodendum Ecclesiæ, nisi audire noluerit: & ita inter fratres peccatum emendari potest, quando magis de occultis vetum erit ipsum tolli: si fratri frater sponte confessus fuerit; vt non sit necesse Ecclesiæ, id est prælato aut sacerdoti (vt ipsi garriunt: interpretantes) id ipsum prodere? In quam sententiam & aliam habemus Christi autoritatem dicentis ibidem, Quod cunq; ligaueritis super terram: ligatum erit & in celis: & quod cunq; solueritis super terram: solutum erit & in celis. Hoc enim omnibus & singulis Christianis dictum est: vbi & iterum in idem dicit. Rursus dico vobis, Si duo ex vobis consenserint super terram: de omni re quancunq; petierint fiet illis a patrem meo: qui est in celis. At frater fratris occulta sua pandens & veniam petens: certe cum fratre super terram consentit in veritate: quæ Christus est. De quo adhuc clarius ibidem praedicta confirmans, dicit. Amem enim dico vobis: vbi fuerit duo aut tres in nomine meo congregati: in medio eorum sum ego.

Proinde ego non dubito eum esse a peccatis suis occultis absolutum: quis quis siue sponte confessus: siue correptus: veniam petierit & emendauerit: coram quouis priuatim fratre: quicquid contra hæc infanerit pontificum violentia: quando Christus & manifesta dedit absoluere cui libet suo fideli. Adde & ratinculam, Si ocultoru[m] valeret reseruatio villa: vt nisi eis remissis non esset salu[m] maxime illa impediret salutem: quæ supra memoriaui: ipsa etiam bona opera & idolatriæ: quas a p[re]tificib[us] docemur hodie: quod si hæc non impediat grauissima: quanto minus & illa stultissime reseruantur leuiora? Veri ignoratia & cæcitas pastoru[m] operantur hæc porteta in Ecclesia. Quare ego principes istos Babylonis & Episcopos Bethauen monerem sibi temperet a reseruā dis casibus quibuscumq;. Deinde de occultis audiēdæ confessionis facultatem permittūt liberrimā oīb[us] fratribus & sororibus: vt peccator cui voluerit suū peccatum reuelet veniam & solatium: id est verbū Christi ex ore proximi petitur. Nihil enim agūt his suis temeritatibus quam ut conscientias infirmoru[m] sine causa illaqueat: suā tyrannidem impiā stabiliat, & e peccatis ac p[re]ditione fratrum auariciā suā pascat, sic enim sanguine aiarum contaminant manus suas: & filij deuoran[t] a parētibus, & Ephraim deuoran[t] Iudam, & Syria Israelem toto ore, vt Isaías dicit.

His malis adiacerunt circumstantias, item matres; filias; sorores affines; ramos fructus peccatorum; excogitata scilicet per acutissimos et ociosissimos homines, etiam in peccatis arbore quadam consanguinitatis & affinitatis tam fœcida est impietas et infidelity. Abiit enim ista cogitatio cuiuscumque nebulonis fuerit, in publicam legem sicut et multa alia. Sic enim super Ecclesiæ Christivigilat pastores ut quicquid vel somniauerit superstitionis aut operis noui deuotarij illi stultissimi, mox proditum, ornent etiam indulgentijs & muniant bullis; tam abest ut inhibeant & populo dei sinceram fidem et libertatem custodiatur. Quid enim libertati & tyranni Babyloniae? At ego quicquid est circumstantiarum consularium poenitus contenerem. Apud Christianos una est circumstantia quæ est peccasse fratrem. Nulla enim persona fraternitati Christianæ comparanda est, nec aliquid aliud facit obseruatio locorum; temporum; dierum; personarum; & si qua alia est inflatura superstitionis quam ut magnificet ea quæ nihil sunt, in iniuriam eorum quæ omnia sunt quasi quid grauius aut maius esse possit fraternitatis Christianæ gloria; ita affigunt nos locis et diebus & personis ut vilescat fraterno nominis opinio, & pro libertate captiuitatem seruiamus; nos quibus omnes dies; loci; personæ & quicquid externum est aequalia sunt.

Satisfactionem quæ indigne tractarint abunde dixi in causis indulgentiarum qua egregie sunt abusi, ad perdidos Christianos in corpore & anima. Primum eam sic docuerunt, ut populus veram satisfactionem non intelligeret in qua, quæ est innovacionis. Deinde sic instant & necessariâ faciunt, ut fidei in Christum non relinquant locum misericordie excarnificatis eo scrupulo conscientijs; alio currente ad Romanum; alio huc; alio illic; illo in Carthusiam; illo in alium locum alio virgis se flagellante; alio corpus suum vigilijs & ieunijs oculis de te; omnibus uno furore dicentibus. Ecce hic & hic est Christus & regnum dei, quod intra nos est cum obseruatione venturum putantibus. Quæ monstra tibi debemus Ro. sedes & tuis homicidis legibus & ritibus, quibus mundum totum eo perdidisti, ut arbitrentur se posse deo per opera propria peccatis satisfacere; cui sola fide cordis contriti sufficiat; quam tu his tumultibus non solum taceri facis sed operis primis etiam tantum ut habeas anguisuga tua insatiabilis quibus dicat, affer; affer; & peccata vendat.

Processerunt ex his quidam ad eas desperatiois machinas, amabu[m] parandas, ut statuerent omnia peccata denuo esse repeten-

da confitenti; pro quibus iniuncta satisfactione esset neglecta. Et quid non auderent; qui in hoc nati fuerunt; ut nihil non decies captiuarent. Porro; quāta quāso pars ea est imbuta opinione; se esse in statu salutis & pro peccatis satisfacere si preculas a sacerdote impossitas; vocetenus murmurauerit. Etiā si interim nec cogitet quidē vitæ rationem emendare. Vno enim momento contritionis & confessionis mutatam esse vitam credunt; superesse vero tantum; ut satisfactione pro præteritis peccatis. Quomodo aliter saperent qui alid non docentur. Nihil hic de mortificatione carnis cogitatur; nihil valet exemplū Christi qui adulteram absoluens dixit, Vade & am plius noli peccare; crucem scilicet carnis mortificandę ei imponēs. Huic peruersitati dedit occasionem non modicam; quod peccantes absoluimus ante satisfactionē impletā qua fit; ut magis solliciti sint de implenda satisfactione quæ durat quam de cōtritione; quā transisse inter confitendum credunt cum econtra Absolutionem oporteat esse sicut erat in primitiua Ecclesia posteriore, satisfactione impleta; quo fiebat; ut opere cessante; postea magis i fide & nouitate vitæ exercentur. Verum de ijs satis repetitum esto; quæ super indulgentijs latius dixi; atq; hęc in totum de tribus istis sacra mentis interim retulisse satis sit; quæ tam multis & noxijs libris sententiarijs & iuridicis tractantur & non tractātur. Superest de reliquo sacramentis aliquid tentare ne sine causa videar ea reieclisse

Mirū est quid in mentem illis venierit; ut sacramentum confirmationis facerent; ex impositione manuum; qua legimus Christū parvulos tetigisse, Apostolos dedisse spiritum sanctum; ordinasse presbyteros & infirmos curasse; ut ad Timot. scribit Ap's Nemini manus cito iposueris. Cur non ex sacramento panis etiā Confirmationē fecerunt; quando scriptum est act. 9. Et cū accepisset cibum confortatus est. Est psal. 103. Et panis cor hominis confirmet; ut sic confirmatione tria complectatur sacramenta panem, ordinem, & ipsam confirmationem? Si autem sacramentum est quicquid Apostoli fecerunt; cur non magis predicationem fecerūt sacramentū?

Non hæc dico; quod damnum sacramenta septem, sed quod e scripturis ea probari negem. Atq; vtinā eēt in Ecclesia talis manu impositio; qualis erat A postolorū tempore; siue eam confirmatio nem siue curationē appellare vellemus. At nunc nihil eius relictum est; nisi quantum ipsi excogitauimus; pro ornandis officijs Episcoporum; ne penitus sint sine opere in Ecclesia. Postquam enī sacra

menta illa negotiosa vna cū verbo, alijs inferioribus: vt viliora te-  
liquerunt nempe, quod quicquid diuina instituit maiestas homi-  
nibus oporteat esse contemptū) iustum fuit, vt facile aliquid: quod  
tam delicatis & magnis heroibus non esset molestum, inuenirem,  
& nequaquā ceu vile inferioribus committeremus. Nam quod hūa-  
na statuit sapientia, oportet vt hominibus sit honoratum. Ita qua-  
les sunt sacerdotes, tale habeant ministeriū & officium. Nā Episco-  
pus non euangelifans, nec animas curans: quid est, nisi Idolum in  
mundo habens nomen & figuram Episcopi? Nos autem pro hac  
vice sacramenta diuinitus in stitura quærimus, inter quæ vt Cōfir-  
mationē numeremus, nullā inuenimus causam, Ad sacramēti enim  
cōstitutionē, ante oīa requiri verbū diuinæ pmissionis, quo fides  
exerceatur. At nihil legimus Christū vspiam de cōfirmatione pmi-  
ssie, licet ipse multis iposuerit manus. & Marci vlt, inter signa po-  
nat, Manus egris imponent & bene habebunt, at hæc nēo sacramē-  
to, sicut nec pōt, aptauit Quare satis est pro ritu quodā Ecclesiasti  
co seu ceremonia sacramētali cōfirmationē habere, similē ceteris ce-  
timonijs consecrādæ aquæ, aliarūq; rerū. Nam si omnis alia crea-  
ta sanctificatur per verbū & orationē, cur nō multo magis hominē  
liceat sanctificari eisdem: quæ tamen: qual promissionē diuinā non  
habent, sacramenta fidei dici non possūt. Neq; enim salutem ope-  
rantur. At sacramenta seruant credentes promissioni diuine.

### DE MATRIMONIO.

¶ Matrimonium non solū sine vlla scriptura pro sacramento cen-  
setur, verū eis dē traditionibus, quibus sacramentū esse iactatur, me-  
rū ludibrium factū est; de quo aliquid videamus. Diximus in om-  
ni sacramēto haberi verbū promissionis diuinæ: cui credi oporteat  
ab eo, q signū suscipit: nec solū signū posse sacramētu esse. Nūs quā  
autē legit̄ aliqd gratiæ dei accepturū: quis quis vxorē duxerit. Qui  
nec signū est diuinit̄ institutū in Matrimonio. Nec enī vspia legit̄  
a deo institutū vt aliquid significaret, licet oīa quæ visibiliter gerū-  
tur possint intelligi figurę & allegorię rerū inuisibiliū. At figura autē  
allegoria nō sunt sacramenta, vt nos de sacramentis loquimur.

Deinde cum matrimonij onus fuerit ab initio mundi, & apud in-  
fideles adhuc permaneat, nulle subsunt rationes, vt sacramentum  
nouæ legis & solius Ecclesiæ possit dici; Non minus enim erat Ma-  
trimonija patrū sancta quā nostra nec minus vera infidelii quā fide-  
lum; nec tamen in eis ponunt sacramētu. Ad hæc sunt apud fide-

les quoq; imp̄j cōiuges: quibusuis gentibus peiores, cur hic sacramētū dici debet: & non apud gentiles? An de baptismo & Ecclesia sic nūgabimur; vt sicut quidā delyrant, Imperiū temporale nō esse nisi in Ecclesia: ita m̄fimoniū nō esse sacramētū nisi in Ecclesia dicamus: puerilia sunt hæc & ridicula: per q̄ nostrā inscitiam & temeritatem infidelibus risui exponimus.

At dicent Apostolus dicit, Ephe.5. Erūt duo in carne vna, Sacramētū hoc magnū ē. Tu ne ergo tam euīdēti Apostoliverbo cōtradices? Respōdeo & hoc argumentū esse magnā oscitantię & in diligētis incōsultęq; lectiōis. Nō enim habet vnuersa scriptura sancta, hoc nomē sacramētū in ea significatione: qua n̄r v̄fus: sed in contraria. Vbiq; eñ significat non signū rei sacre: s̄z rē sacrā sectetā & absconditā. Sic paulus.2.Corint.4. Sic nos existimet homovt ministros Christi & dispeſatores mysteriū dei: id est sacramētorū. Vbi eñ nos habemus sacramētū: in græco mysteriū ponit: quod aliquādo trāffert interpres: aliquādo dimittit græcā vocē: vñ & hic in græco dicif, Erūt duo in carne vna: mysteriū hoc magnum est. Quæ res fuit occasio: vt sacramētū nouæ legis intelligerent longe aliud facturi si mysterium legissent: vt in græco est.

Sic..1.Timot.3.Christum ipsum vocat sacramētū dicens, Et manifeste magnū sacramētū (id est mysterium) est, quod manifestatū est i carne iustificatiū est i spiritu: apparuit angelis p̄dicatum est gentibus creditum est mundo: assumptū ē in gloria. Cur non & hic octauum nouæ legis hauserunt sacramētū: cū tam clarā haberent autoritatē Pauli? Aut si hic se cōtinuerūt vbi oportunissime potuerūt copiosi esse in sacramentis iueniendis: cur illic ita luxuriant: sc̄z ignorantia tā reū quā verborū eos fefellit: qui i solo verborum sono, immo opinionib; suis hæserūt. Cū eñ semel sacramētū p̄ signo accepissent humano arbitrio: mox sine oī iudicio & scrupulo signū ex eo fecerūt: ybi cunq; in factis literis legerūt. Quales verbo ruin significationes & humanas consuetudines & alias i literis facias: inuixerunt: eaq; in sua somnia trāfformauerūt: qđlibet ex quo libet facientes. Sic perpetuo de s̄piūt in verbis illis: opus bonum, opus malum: peccatum: gratia: iustitia: virtus: & fere quicquid est capitalium rerum & verborum: omnibus enīn his vtuntur suo arbitrio ex hominū scriptis assumpto: in pernicie & veritatis dei & salutis nostræ.

Igitur sacramētū & mysterium apud paulum est ipsa sapiē tia sp̄s abscondita in mysterio: vt.i.Corint.2. dicit: quæ est Chri-

stus; qui ob id ipsum etiam non cognos cīf principibus huius mundi; vñ & eū crucifixerū: & adhuc manet eis stultitia scandalū lapis offensionis: & signum cui contradicitur. Horum mysteriorū difē satores vocat prædicatores quia prædicant Christū: virtutē & sapientiā dei: sed ita vt nisi credas non cōprehendas; iō sacrū mysteriū secretaq; res est: q̄ verbis indicat, sed fide cordis capitut. Tale ē qd̄ p̄sente loco dē. Erunt duo in carne vna. Sacramētū hoc magnū est qd̄ illi de matrimonio dīctū putant: cum ipse Paul⁹ ea verba de Christo & Ecclesia iduxerit: & seipsum clare exposuerit dicēs, Ego aut̄ dico in Christo & Ecclesia. Ecce quā cōcordat Paulus & illi, Paulus sacramentum magnum in Christo & Ecclesia se p̄dicare dicit, illi vero in masculo & foemina prædicant. Si sic licet in sacris literis libidinari: quid mirum si quodlibet in ea vel centum sacramenta licet inuenire?

Christ⁹ itaq; & Ecclesia mysteriū id est res secreta est & magna quae figurati quidem per matrimonium ceu reali quadaz allegoria potuit & debuit: sed Matrimoniu non hinc sacramentum dici debuit. Cœli sunt figura Apostolorū. vt psal. 1g. dicitur. Et sol Christi aquæ populorū: led non ideo sacramenta sunt, Vbiq; enim deest & institutio & promissio diuina: que integrant sacramentū: vnde Paulus Ephes. 5. verba illa de matrimonio Gen. 2. dicta: vel proprio spiritu ad Christum tralit, vel generali sententia etiam spirituale matrimoniū Christi in eo traditū docet dicens. Sicut Christus uestit Ecclesiam; quia membra sumus corporis eius de carne eius & de ossibus eius: propter hoc relinquet homo patrem & matrem suā & adhærebit vxori suā: & erunt duo in carne vna. Sacramentū hoc magnū est, Ego dico in Christo & Ecclesia. Vide svt hunc totū tex tum de Christo velita se dictum; & de industria lectorem monet ut sacramentū in Christo & Ecclesia intelligat: non in matrimonio.

Fateor quidem & i veteri lege fuisse sacramentum pœnitentiæ immo ab initio mundi. Verum promissio noua pœnitentiæ: & do- natio clauium nouae legis propria est, Sicut enim pro circuncisiōe baptiſtū: ita pro sacrificijs aut alijs signis pœnitentiæ: nunc claves habemus. Diximus enim superius, Eundem deum pro diuersis temporibus: diuersas promissiones: diuersa q; signa dedisse: pro remittendis peccatis & saluandis hominibus eandem tamen gratiā omnes accepisse. Sicut iij. Corint. iiiij. dicit, Habentes eundem spm fidei: & nos credimus propter quod & loquimur, Et iij. Corint. x. pa-

tres nostri oēs manduauerūt eandē escā spiritualē & eundē potum  
spiritualē biberunt. Biberunt autem de spirituali consequente eos pe-  
tra: petra autē erat Christus. Ita Heb.xi. Omnes hi defuncti sunt;  
nō acceptis pmissionibus: deo melius aliquid pro nobis prouiden-  
te, ne sine nobis cōsummarētur. Christus enim heri& hodie & in sæ-  
cula, ipse caput Ecclesiae suæ ab initio ad finē vscq; mudi. Diuersa  
igitur signa: sed eadē oīm fides. Sigdē sine fide impossibile est pla-  
cere deo: qua & Abel placuit. Heb.xi.

Sit ergo m̄rimonii, figura Christi & Ecclesie, sacramētū aūt  
non diuinitus institutū, sed ab hoībus, in Ecclesia inuentum, igno-  
rantiā tam rei quam verbi abductis. Quę cum fidei nihil obſit; ceterē  
da in charitate est, ſicut & multa alia humana ſtudia infirmitatis &  
ignorantie in Ecclesia tolerantur donec fidei & diuinis literis non  
obſunt. V̄erū p firmitate & syncæritate fidei & ſcripturæ nūc a-  
gimur. Ne ſi quid in factis literis & fidei noſtræ articulis contineri  
affirmauerimus, & poſtea conuicti non contineri, ludibrio noſtram  
loſimus aduersariis & infirmis, immo ne ſcripturæ sanctæ autorita-  
tem eleuemus. Longissime enim diſcernenda ſunt ea quę diuini-  
tus in ſacris literis tradita ſunt: ab ijs quę per homines in Ecclesia  
quantalibet ſanctitate doctrināq; p̄eſolleant ſunt inuenta.

Hacenus de ipſo matrimonio. Quid autem dicemus de' im-  
pijs legibus hoīm quibus hoc vitæ gen⁹ diuinitus institutum eſt ir-  
rebitū: ſurſum ac deorsum iactatū: Deus bone, horror eſt intendere  
in temeritatē Romanēſium tyrannorum, adeo pro libidine ſua dīri-  
mentiū, turfum cogentium Matrimonia. Obſecro an datū eſt eorū  
libidini hoīm gen⁹: non niſi ad illudēdū & quoquo modo abuten-  
dū, & pro pecunijs funeſtis quodlibet ex eo faciendum?

Vagatur paſſim non paruę opinionis liber ex colluuie oīm hu-  
manarum traditionum: ceu ſentīna quadam collectus & confuſus:  
qui ſumma Angelica inſcribitur: cum veriſit ſumma pl⁹ quā dia-  
bolica, in quo inter infinita portenta, quib⁹ cōfessores instrui putā-  
tur: dum pernicioſiſime confunduntur: decem & octo matrimo-  
nijs impedimenta numerantur, quę ſi æquo & libero fidei oculo in-  
ſpexeris: Videbis eſſe de numero eorum: de quibus Apoſtolus pre-  
dixit Erunt atttendentes ſpiritibus demoniorum, in hypocritiſi  
loquentium mēdaciū, phibentium nubere. Quid eſt prohibere  
nuptias, ſi hoc non eſt prohibere, tot impedimenta fingere et la-

queos ponere ne coeāt: aut si coierint dissoluere matrimonia? Quis dedit hominibus potestatē? Esto fuerint sancti & pio zelo ducti, qd meam libertatē vexat aliena sanctitas: quid me captiuat alien⁹ ze- lus: Si sanctus & zelotes quisquis volet & quantū volet, modo al- teri non noceat & libertatem mihi non rapiat.

Verum gaudeo istis dedecorosis legibus suam tādem cōtigisse gloriam. Nempe earū beneficio, hodie Romanenses facti sunt nūz dīnatores. Quid enī vēdīst⁹ vulvas & veretra Merx scilicet dignissima merca toribus istis, pre auaricia & impietate plusq sordidissimis & obscoenissimis. Nihil enim est impedimentorū hodiæ, quod intercedente māmona nō fiat legitimū, vt leges istae hominum non alia causa videantur natæ nisi vt aliquādo essent auaris hominibus rā pacibusq; Nimbrotis rhetia pecuniariū & laquei animarum; starerq; in Ecclesia dei loco sancto Abhominatio iſta: quæ venderet hoīb⁹ publice vtriusq; sexus pudibunda seu (vt scriptura) vocat ignomizias & turpitudines, quas tñ antea per vim legum suarū rapuissent. O digna pōtificibus nostris negotiatio: quā pro Euangelij ministe- rio, qđ præ auaricia & ambitione contemnunt summo cum decore & turpitudine in sensu reprobum dati exercent.

Sed quid dicam aut faciam? Si singula persequar, immodicus erit sermo. Cōfusissima enim sunt omnia: vt nescias, vnde exordia ris: quo pcedas; & vbi consistas. Hoc sc̄io nullam rem publicā legibus fœliciter administrari. Si enim prudens fuerit Magistratus du- ctu naturæ omnia fœlicius administrabit q̄ legibus, si prudens non fuerit legibus nihil pmouebit nisi malum, cū nesciat eis vt nec eas pro tēpore moderare: ideo in rebus' publicis magis curādūm est vt boni & prudētes virti præsint quā vt leges ferātur: ip̄i enim erūt op̄ time leges, omnem varietatem casuum viuaci æquitate iudicaturi. Quod si assit eruditio diuinæ legis cū prudentia naturali, plane su- perficiū & noxiū est scriptas leges habere. Super omnia autem Charitas nullis prorsus legibus indiget.

Dico tamen, & quod in me est facio, Monens & rogans omnes sacerdotes & fratres si viderint aliqd' impedimentū in quo Papa po- test disp̄fare, & quod non est in scriptura expressum, vt prorsus ea omnia matrimonia confirment quæ cōtra Ecclesiasticas vel ponti- ficias leges quoquo modo fuerint contracta. Arment autem se, le- ge diuina dicente, Quod deus coniunxit homo non separet. Con- iunctio enim viri & mulieris est iuris diuini, quæ tenet quocti⁹; mo- do cōtra leges hominum contigerit: debentq; leges hoīm ei cedere

sine vlo scrupulo. Si enim homo relinquit patre & matre & adhaeret vxori sua, quāt omagis concubabit friuolas & iniquas leges hominū vt adhæreat vxori sue? Et Papa, vel Episcopus, vel officialis si dissoluerit aliqd matrimonii contra legē humanam contractū Antichristus est, & violator naturae, & reus lesae maiestatis diuinæ: quia stat sentētia, Quod deus coniunxit homo non separet.

Adde his quod homo non habuit ius leges tales condendi & Christianis per Christū libertas donata est super oēs leges hominū maxime vbi lex diuina intercedit, Sicut dicit Marci.2. Dominus ē filius hominis; etiam sabbati, Et non homo propter sabbatum sed sabbatū ppter hominē factū est. Deinde quod tales leges prædam natæ sunt per Paulum: vbi, pribetes nubere futuros esse prædixit. Quare hic cedere debet rigor ille impedimentorū ex affinitate: spirituali aut legali cognatione & consanguinitate: quātū permittit litteræ sacræ: in quibus tñ secundus gradus consanguinitatis prohibitus est: vt scribitur Leuitici. xvij. vbi duodecim personæ prohibetur: q̄ sunt Mater Nouerca. Soror naturalis; soror legitima; ex utro parēte, Neptis; A mita; Mater tereta; Nurus, Vxor fratri; Soror vxo priuigna, vxor patrui. In quibus non nisi primus gradus affinitatis: et secundus consanguinitatis prohibetur, non tamen vniuersaliter, vt clarum est intuenti; nam fratri aut sororis filia vel nepotis non numeratur prohibita; cum tamen sit in gradu secundo. Quare si quando matrimonium extra hos' gradus contractum fuerit: cum nulli alij legantur a deo vsquā prohibiti, nullo modo debet dissolui propter leges hominum; cum matrimonium ipsum diuini ius institutū sit incomparabiliter legibus superiorius, ita vt non ipsum ppter leges sed leges ppter ipsum debeat merito dirumpi.

Ita debent ista nugae compaternitatum: cōmaternitatum: confraternitatum, consororitatum: & confiliatū prorsus extingui contracto matrimonio. Quis enim ista cognationem spiritualem inuenit nisi superstition humana: Si non licet baptisanti aut leuantī baptisatam aut leuatam ducere, cui licet Christiano Christianam ducere: An est maior cognatio ista ex ceremonijs seu signo sacramenti contracta, quam quæ ex re ipsa sacramenti: An non Christianus ē frater Christianæ sororis: An non baptisatus; baptisatae spiritualis frater: Quid insanimus: Quid si quis vxorem suā erudiat Euangelio & fide Christi; factus hoc ipso vere pater eius in Christo: an nō liceat vxore ei⁹ manere: An paulo nō licuisset puellā ex Corinthijs

ducere, quos omnes in Christo genuisse iactat? Vide itaq; quā sit libertas Christiana per cæcitatē humanæ superstitionis oppressa.

Iam multo vanior est cognatio legalis & tamen hanc etiam fū per ius diuinū matrimonij extulerunt. Nec huic impedimento confenserim, quod vocant religionis disparilitatem; vt nec simpliciter nec sub conditione conuertendi ad fidem liceat ducere nō baptisatam. Quis hoc prohibuit? deus an homo? Quis hominibus potestatē fecit prohibendi sic nubere? Spiritus scilicet mēdaciū in hypocrisi loquētes; vt Paulus dicit. De quibus illud dicere oportet, Narrauerūt mihi iniqui fabulationes sed non vt lex tua. Duxit patritius gētilis Monicā matrē sancti Augustini Christianam. Cur non hodie liceat idem? Idem rigor stultitiae immo impietatis est, impedimentum criminis; scilicet ybi quis duxerit prius pollutam adulterio; aut machinatus fuerit in mortem alterius coniugis, quo cum superstitione contrahere possit. Obscro vnde iste rigor hoīm in hoīes qualē nec de vñq exigit? An ignorare se simulāt, Bartschaba vxorem vrievtroq; criminie implete; id est præpollutam adulterio & occiso viro; tamē ductam a David sanctissimo viro? Si lex diuina hæc fecit, quid faciunt homines tyranni in suos conseruos?

Censetur & impedimentum quod vocant ligaminis: hoc est si quis alteri fit alligatus per sponsalia. Hic cōcludunt si posteriorez quis cognouerit, prioris cessare sponsalia. Quod plane non capio. Ego arbitror eum esse iam non sui iuris, qui vni sese addixerit; ac p hoc prohibente iure diuino debere priori non cognite; etiam si posteriorem cognouerit, dare enim non potuit quod non habuit sed fecellit eam, commisitq; verum adulterium. Quod autem aliud illic visum est fecit: quod copulam carnis plus attenderunt quam diuinum mandatum, quo priori fidem pollicitus debet semper seruare. Qui enim dare vult, de suo dare debet. Et deus prolibet. Ne q; fratrem suum circunueniat in vilo negocio, quod seruandum est ytra et suprà omnes omnium hominum traditiones. Ita credo non posse tales salua conscientia cum secunda cohabitare: et hoc impedimentum esse omnino conuertendum. Si enim votum religiosis facit alienum cur non etiam fides data & accepta: cum hæc sit præcepti & fructus spiritus Gal. quinto illud autem arbitrij humani. Et si licet yxori virum repetere (voto facto religionis non obstante) cur non liceat sponsæ repetere sponsum suū, etiam secuta copula cum altera? Sed & superius diximus, non licere youere religionem

ei qui fidem dedit puellæ, sed est debitor ducēde: quia debitor est fidei seruande, quam nulla traditione hoī m̄ licet deserere; quia præcepta est a deo. Multo magis hic ita fiet vt fidem priori seruet cum posteriori non nisi mendaci corde dare potuerit, ac per hoc nō de derit; sed se fellerit p̄ximam suam contra deū. Quare erroris impedimentū hic locū habet qui facit vt posterioris nuptie nihil sint.

Impedimentū ordinis quoq; merum est hominū commentum: presertim cum gariāt, eo dīrimi etiam contractū, semper suas tradiciones super dei mandata exaltantes. Egō quidem de sacerdotijs ordine nō iudico qualis hodie est: sed video Paulū iubere Episcopū vniuersorū virū esse, ideo non posse dīrimi matrimoniuū diaconi: sacerdotis; Episcopi: seu cuiuscunq; ordinis, quanquam hoc genus sacerdotum & eos ordines non nouerit Paulus: quos hodie habemus. Pereant itaq; maledictæ iste hominū traditiones, quæ non nisi ad multiplicanda pericula peccata mala in Ecclesia introierūt. Est ergo inter sacerdotem & vxorem verū & inseparabile matrimoniū, mandatis diuinis probatū. Quid si impīi homines illud prohibeant aut dirimant: mera tyrannide sua? Esto sit illicitum apud homines; licitum tamen est apud deum cuius mandatū, si cōtra hoī pugnet mādata, est p̄fere endum.

Aequo cōmentum est impedimentū illud publicæ honestatis: quo dirimuntur cōtracta. Vt me audax ista impietas tam prompta ad separandū: quod de⁹ coniūxit: vt Antichristū in ea cognoscas; quæ aduersatur oībus: quæ Christus fecit & docuit. Quæ rogo est causa vt sponsi p̄mōrtui null⁹ consanguineus vñq; ad quartū gradū possit ducere sponsam? Nō est hoc publicæ honestatis iusticia sed inscritia. Cur nō in populo israel, optimis ac diuinis legibus instituto erat ista publicæ honestatis iusticia: sed etiam p̄cepto dei p̄ximus cogebatur, vxorem p̄ximi relictam ducere. An oportet populu libertatis Christianę rigidioribus legibus onerare quam populu servitutis legalis? Et tū finē faciā istorū figmentorum magis quā impedimentorū, Dico mihi adhuc nullum apparere impedimentū, quod cōtractū iure dirimat: nisi impotentia cognoscendæ cōiugis ignorantiam iam cōtracti & votū castitatis. De voto tamen ita sum incertus vñq; hodie: vt ignorā: quo tēpe sit cēfendū valere sicut & supra dixi in baptisini sacramēto. Disce ergo in hoc vno matrimonio: quā infœliciter & p̄dite oīa sint cōfusa, impedita, irretita & periculis subiecta, p̄ pestilētes; indoctas impiasq; traditiōes omnium quæcumq; in Ecclesia gerunt: vt nulla remedij spes sit nisi reuo-

cato libertatis Euāgelio secundū ipsum extintis semel oībus oīm  
hominū legibus oīa iudicemus & regamus Amen.

De impotentia itaq̄ sexus dicendū quo possit facilius cōsuli  
aīabus periculo laborātibus. Hoc tamen p̄missō quod ea quē de  
impedimentis dixi dicta volo post matrimonii cōtractū ne talib⁹  
illum dirimatur. Ceterū de cōtrahendo breuiter dixerim: quod su-  
pra dixi. Quod si vrgeat amor iuuentutis: & quæuis alia necessitas,  
prop ter quā dispensat Papa, dispensest etiā quilibet frater cū fratre  
aut ipse cū seipso: rapta per hoc cōsiliū vxore de manu tyrannica-  
rū legū vtcunq; poterit. V tquid enim mea libertas tollitur aliena su-  
perstitutione & ignorātia? Aut si p pecunia Papa dispensat, cur nō  
ipse p meę salutis comoditate meū aut cū fratre dispensem? Sta-  
tuit leges Papa: sibi statuat, mea salua libertare vñ occul̄e surrepta.  
Videamus itaq; de impotentia.

Quāero casum eiūmodi: Si mulier impotēti nupta viro, nec  
possit, nec velit, forte tot testimonij & strepitibus: quot iura exigit  
iudicialiter impotētiā viri p̄bare, velit tamē plēm habere: aut non  
possit cōtinere. Et ego cōsiliūsem vt diuortiū a viro impetrat ad  
nubēdū alteri cōtēta: quod ipsius & mariti cōsciētia & experiētia,  
abūde testes sunt impotētiæ illius. Vir autē nolit. Tū ego vltra cōsu-  
lā, vt cū consensu viri (cū iā nō sit maritus, sed simplex & solut⁹ co-  
habitor) miscēatur alteri vel fratri mariti, occulto tamē matrimo-  
nio, & ples imputetur putatiuo (vt dicūt) patri. An hēc mulier salua  
sit & in statu salutis? Respondeo ego q̄ sic. Quia error & ignorātia  
virilis impotētiē hic impedīt matrimonii & tyrānis legū nō admit-  
tit diuortiū, & mulier libera est p legē diuinā, nec cogi potest ad cō-  
tinentiam. Quare vir debet concedere eius iuri & alteri permittere  
vxorem quam specie tenus habet.

V iterius si vir nollet consentire, nec diuidi vellet. antequam  
p̄mittere eā viri aut adulterari, consulere, vt contracto cū alio ma-  
trimonio aufugeret in locū ignotū & remotū. Q uid ei aliud possit  
confiliū laborātī assiduo libidinis p̄iculo? Scio aut̄ quos dā mouere  
q̄ ples huius occulti matrimonij iniquus h̄eres sit putatiui patris.  
Sed si consensu mariti fiat, iniquus non erit. Si aut̄ ignorātē aut no-  
letere fiat, iudicet hic Christiana & libera ratio, īmo charitas vterutti  
maius dānū inferat. V xor h̄ereditatē alienat: at marit⁹ [f]efellit vxo-  
rē, eāq; toto suo corpore tota q̄; vita fraudat: an non maius peccet  
vir, corp⁹ & vitā vxori p dēs quā mulier res tñ temporales viri alienās  
Patiatur ergo vel diuortiū, aut ferat alienos h̄eredes: qui sua culpa

innocentem pueram fecellit: & vita patiter ac corporis vnu toto  
fraudauit: in super occasioem pene intolerabilem adulterandi de-  
dit, ponatur vtrumq; in equal Lance. Certe omni iure fraus in frau-  
dantem recidere debet: & damnū recompēsare tenetur qui dedit.  
Quid enim differt talis maritus ab eo qui vxorem alicui⁹ captiuā  
tenet cum marito? Nonne talis tyrannus: vxorem & filios: & mari-  
tum alere cogitur: aut liberos dīmittere? Cur ergo & hic nō ita fiat?  
Ita ego arbitror virum debere cogi aut ad diuortium: aut ad alie-  
num hæredem alendum, Sic charitas iudicabit sine dubio. In quo  
casu: vxoris hæredē non alio affectu alet impotēs īā & non mari-  
tus: quam si vxorem ægrotantem aut alio incōmodo affectam to-  
tis & grauibus expensis fouveret. sua enim non vxoris culpa: eo in-  
cōmodo laborat vxor. Hæc pro mea virili: ad informandas cōsciē-  
tias scrupulosas retulerim: cupiens afflīctis meis fratribus iusta cap-  
titiate: qualicunq; solatio succurrere.

De diuortio etiam versatur quæstio: an licitum sit. Ego quidez  
ita detestor diuortium: vt dīgamiam malim quam diuortium: sed  
an liceat ipse non audeo definire. Christus ip̄e princeps pastorum  
Mat. v. dicit, Siquis dīmisericōdixit vxorem suam: excepta fornicatiōis  
causa facit eam adulterari. Et qui dīmissam duxerit adulterat. Cō-  
cedit ergo Christus diuortiū: in causa fornicationis dūtaxat. Qua-  
te errare Papam necesse ē: quoties diuortium facit alijs causis: nec  
statim se tutum arbitrari debet: illus qui pontificia illa temeritate  
verius quam potestate dispensationem obtinuerit. Sed hoc admi-  
ror magis, cur coelibem esse cogant hominem: qui diuortio separa-  
tus est a coniuge sua, nec aliam ducere permittant. Si enim christ⁹  
diuortium concedit in causa fornicationis: & neminem cogit esse  
celibem: & Paulus magis velit nos nubere quam vri, videtur om-  
nino admittere: vt in locum repudiare: aliam ducat. Quæ res vi-  
nam plane discussa & certa esset: vt posset cōsuli infinitis periculis  
eorum: qui sine culpa sua hodie celibes esse coguntur. Hoc est quo-  
rum vxores vel mariti auffugiunt: & coniugem relinquunt decen-  
nio vel nung⁹ reuersuri. Vrget me & male habet hic casus quotidiā-  
nis exemplis siue id singulari nequitia Satanae: siue neglectū ver-  
bi dei contingit.

Ego sane: qui solus contra omnes statuere i hac re nihil possū,  
vehementer optarem saltem illud. i. Corint. vii. huc aptari. Quod si  
infidelis discedit discedat. Non enim seruituti subiectus est frater.

aut soror in eiusmodi. Hic Apostolus discedentē infidelem conce-  
dit dīmitti: & fidelis liberum facit alterum accipere. Cur nō idem  
valcat, si fidelis hoc est nomine fidelis, re ipsa æque infidelis con-  
iugem differat præsertim nunquā reuersurus? Ego sane nihil discre-  
minis vtrinq; deprehendere possum. Credo autem si Apostoli tem-  
pore, discellor infidelis reuersus denuo; aut fidelis factus; aut fidelis  
cohabitare pollicitus fuisset admissus non fuisset, sed & ipsi alterā  
ducendi potestas facta fuisset. Tamen in ijs nihil definitio (vt dixi)  
quanquā nihil magis optem esse definitum, cum nihil magis me &  
multos mecum vexet hodie. Sola autoritate Papæ aut Episcoporū  
hic diffiniri nihil volo: sed si duo eruditi & boni viri in noīe Chri-  
sti consentirent & in spiritu Christi pronunciarent eorū ego iudicium  
p̄ferrē etiā Concilijs, qualia nunc solent cogi: tñ numero & autoriz-  
tate citra eruditōne & sanctimonia factata. Suspendo ergo hic or-  
ganū mēū, donec conferat meū alius melior.

#### DE ORDINE.

Hoc sacramentum Ecclesia Christi ignorat, invenimusq; est ab  
Ecclesia Papæ, non enim solum nullā habet p̄missionem gratiæ,  
vlibi posstam: sed ne verbo quidem eius meminit totum nouum  
testamētū. Ridiculum autem est asserere pro sacramēto dei, quod  
a deo institutum nusquā potest monstrari. Nō quod damnandum  
censeam eum ritum per tanta sæcula celebratum: sed quod in reb⁹  
sacris nolim humana commenta fingi, nec liceat astruere aliquod  
diuinit⁹ ordinatū: qđ diuinitus ordinatū non est ne ridiculi sim⁹ ad  
uersario. conandūq; sit, vt certa & pura nobis sint oīa clarisq; scrip-  
turis firmata, qđ p̄ articulis fidei iactamus: id qđ in p̄senti sacramēto  
præstare ne tāillū quidē possumus.

Nec habet Ecclesia potestatem nouas p̄missiones gratiæ diu-  
nas statuere: sicut quidam gariunt quod non minoris sit autorita-  
tis quicquid ab Ecclesia, quā quod a deo statuitur, cum regatur spi-  
ritu sancto. Ecclesia enim nascitur verbo promissionis per fidē eos-  
demq; alitur & seruatur. hoc est ipsa per p̄missiones dei constituit,  
non promissio dei per ipsam. Verbum dei enim supra Ecclesiā est  
incomparabiliter in quo nihil statuere, ordinare, facere, sed tantū  
statui ordinari fieri habet tanquā creatura. Quis enim suum paren-  
tem gignit: quis suū autorem prior constituit? Hoc sane habet Ec-  
clesiā, qđ potest discernere verbum dei a verbis hominū: sicut Au-  
gustinus confitetur se Euangeliō credidisse motū autoritate Ecclē

ſie, quæ hoc esse Euangeliū prædicabat non quod ideo sit sup  
Euangeliū, Alioquin eſſet & ſuper deum cui creditur, quia Eccle-  
ſia hunc eſſe deum prædicat. Sed ſicut alibi dicit Aug. Veritate ip-  
ſa ſic capitula aia, vt per eam de omnibus certiſſime iudicare poſſit  
ſed veritatem iudicare non poſſit, dicere autem cogatur infallibili  
certitudine hanc eſſe veritatem. Exempli gratia, Mēs infallibili cer-  
titudine pronunciatiſ. iij. & viij. eſſe decem, & tamen rationem redde-  
re non poſteſt cur id verum ſit, cum negare non poſſit verum eſſe,  
capta ſculicet ipa, & iudice veritate iudicata magis quā iudicās. Ta-  
lis eſt & in Ecclesiā ſenſus, illuſtrante ſpiritu in iudicādiſ & appro-  
bandiſ doctrinis quē demonstrare non poſteſt, & tamen certiſſimū  
habet. Sicut enim apd̄ philofophos, de cōmuniſbus cōceptionib⁹  
nemo iudicat, ſed omnes per eas iudicantur, ita apud nos de ſenſu  
ſpiri⁹ eſt, qui iudicat omnes & a nemine iudicatur: vt Apoſtol⁹ ait

Verū hæc alias, Sit itaq; certiua Ecclesiā non poſſe promitte-  
re gratiam: quod ſoliuſ dei eſt: quare nec iſtituere ſacramentum.  
Quod ſi quā maxime poſſet, non tamen ſtatim ſequeretur ordineſ  
eſſe ſacramentū. Quis enim ſcit quae ſit Ecclesiā habens ſpiritum.  
cū in ſtauendis hiſ ſoli & pauci epifcopi, aut docti ad eſſe ſoleant:  
quos poſſibile eſt, non eſſe de ecclesiā & omnes errare, ſicut ſæpius  
errauerunt Concilia, praeferti Constantiense: quod omnium im-  
pijſime errauit. Id enim ſolum eſt fideliter probatum, quod ab' vni-  
uersali ecclesiā, non tantum Romana, approbatur. Quare permitto  
ordinem eſſe quēdam ritum ecclesiasticum, quales multi alijs quoq;  
per ecclesiasticos patres ſunt introducti, vt confeſratiovaſorū: do-  
morū: veſtiū: aquæ: ſalī: candelarū: herbarum: vini: & ſimiliū, in  
quibus oibus nemo ponit ſacramētū eſſe, nec vila in eis eſt pniſſio  
ita vngere manus viri: radi verticem: & id genus alia fieri, nō eſt ſa-  
cramentum dari, cum nihil eis promittatur: ſed tantum ad officia  
quēdam / ceu vaſa & iſtrumenta parentur.

At dices, Quid ad Dionyſiū dices qui ſex enumerat ſacramēta  
inter qua & ordinē ponit in ecclesiastica Hierarchia? Respondeo  
Scio hūc ſolum autorem haberi ex antiquis, pro ſepenario ſacramē-  
torū, licet matrimonio omiſſo, ſenariū tantū dederit. Nihil enim  
proſrus in reliquis patribus de iſtis ſacramētis legim⁹ Nec ſacramē-  
ti nomine censuerūt quoties de ijs rebus loquuti ſunt. Recens enī  
eſt inueniatio ſacramentorū, Atq; mihi (vt magis temerarius ſim) in  
totū diſplicet, tantū tribui quisquis fuerit, Dionyſio illi cum ferme

nihil in eos sit solidæ eruditionis. Nam ea quæ in cœlesti hierarchia de angelis cōminis citur in quo libro sic sudarūt curiosa & superstitionis ingenia; qua rogo autoritate aut ratione pbat: Nonne omnia sunt illius mediatæ ac prope somnijs simillima, si libere legas& iudices: In Theologia vero mystica quā sic inflant ignoratissimi quidā Theologistæ, etiam permittiofissimus est plus platonisans quā Christianifans ita vt nollem fidelem animū his libris operā dare vel ministrā. Christū ibi adeo nō disces, vt si etiā scias amittas. Expertus loquor Paulū potius audiamus, vt Iesum Christum & hunc crucifixū dicamus. Hæc est enim via: vita & veritas. hæc scalæ per quæ venitur ad patrem. Sicut dicit, Nemo venit ad patrem nisi per me.

Ita in Ecclesiastica hierarchia, quid facit nisi quod ritus quo dā Ecclesiasticos describit ludens allegorijs suis quas non pbat: quæ apud nos fecit qui librū edidit: qui rationale diuinorū dicit, ocio sorū hoīm sunt ista studia allegoriatū. An putas mihi difficile esse i qualibet re creata allegorijs ludere? Nonne Bonaventura artes liberales allegorice duxit ad Theologiam? Deniq; Gerson Donatū mīnorē fecit mysticū Theologū. Mihi nō fuerit operosum meliorem hierarchiā scribere, quā Dionysij sit: cū ille Papam: Cardinales: Archiepiscopos ignoratit, & Episcopū fecerit supremū. Et quis tā te nūs īgenij q; allegorijs nō queat pīclitari? Nollē ego Theologū allegorijs opā dare, donec cōsumat⁹ legitio scripturæ simplicijs: sēsu fuerit; alioq; sicut Origeni cōtigit nō citra periculū theologiſſabit.

Non ergo continuo sacramentū esse debet: quia Dionysius aliquid describit, alioqui cur non etiā sacramentū faciūt: quam ibidē describit processionem, quæ usq; hodie perseverat: Quin tot erunt illorum sacramenta quod aucti sunt in Ecclesia ritus & ceremoniæ. Huic tamen tam debili fundamento nixi, Caracteres effinxerunt quos huic suo sacramento tribuerent, qui imprimerebunt ordinatis indelibiles. Vnde quæso tales cogitationes: qua autoritate: qua ratione stabiluntur? Non quod nolimus eos esse liberos ad fingenendū: dicendum: afferendum: quicquid vel libuerit: sed nostram quoq; libertatem afferimus/ ne ius sibi ipsis arrogent ex cogitationibus suis articulos fidei faciendi sicut haec tenus præsumperūt. Satis est nos pro cōcordia eorū, eorū ritibus& studijs attemperare: sed cogit tanquam necessarijs ad salutem quæ necessaria non sunt, nō lumen⁹. dimittant ipsi tyrannidis suæ exactiōnē, & nos exhibebimus liberum eorū sensui obsequium, vt sic ipi pace mutua inuicem agas

mus. Turpe enim est & iniquiter setuire Christianū hominem qui liber  
est, alijs q̄ cœlestibus ac diuini subiectū esse traditionibus.

Post hoc apprehendunt extremū roboris sui. Nempe quod Christus in cena dixit, Hoc facite in meā cōmemorationem. Ecce hic inquit, Christus eos ordinavit in acerdoṭes. Hinc inter cætera & hoc duxerūt solis sacerdotibus utrāq; specie esse dandam. Deniq; quiduis hinc suxerūt, vt qui libertū arbitriū sibi arrogarint, e verbis Christi vibilitē dictis quodlibet afferere. Sed est hoc verba dei interpretati: Responde quæſo. Christus hic nihil permittit; sed tantum præcipit fieri istud in ſui memoriam. Cur non concludunt, & ibi esse ordinatos sacerdotes vbi imponens officiū verbi & baptisma dixit. Itē in orbem vniuersum & predicate Euāgeliū omni creaturæ. Baptifantes eos in nomine &c. cum ſacerdotū fit p̄prium præ dicare & baptifare? Deinde: cum hodie ſacerdotis vel p̄mariū opus fit, & (vt dicunt) indispensabile: legere horas Canonicas: cur non ibi ordinis ſacramentū conceperunt: vbi Christus orare p̄ceptit vt alijs locis multis, ita præcipue in orto ne intrarent in tentationē? Nisi hic elabantur; quod non fit p̄ceptū orare: ſufficit enī legere horas Canonicas vt ſic ſacerdotale illud op̄ nusquā e ſcri pturis probetur: ac per hoc istud ſacerdotium oratione non fit ex deo ſicut verenon est.

Quis vero patrum antiquorū afferuit: hic verbis ordinatos esse ſacerdotes? Vnde ergo iſta intelligentia noua: ſcilicet quod hac arte quæſitū est, vt ſeminarium discordiae implicabilis habereſ, quo clerici & laici plus diſcernerentur quā coelum & terra; ad incredibilem baptificalis gratiæ iniuriā, & Euāgelicæ cōmunionis confuſionem. Siquidem hinc ceptit tyrannis iſta detestabilis clericorum in laicos, qua fiducia corporalis vñctionis; quo manus eorum consecrantur, deinceps rafuræ & vextium non modo cæteris laicis Christianis qui ſpiritu sancto vñcti ſunt: ſeſe p̄fuerunt: ſed ferme vt canes indignoſ; qui cū eis in ecclēſia numerātur habeant. Hinc quiduis māda re: exigere: minari: virgere: p̄mtere audent. Summa ſacramentum ordinis pulcherrima machina fuit & eſt: ad ſtabiliēda vniuersa portenta; que haec tenus facta ſunt; & adhuc ſiunt in ecclēſia. Hic perij fraternalis christiana: hic ex paſtoribus lupi; ex ſeuis tyrāni; ex ecclēſiasticis plus quam mundani facti ſunt.

Qui ſi cogereſtur admittere nos oēs eē equaliter ſacerdotes: quotquot baptifati ſumus ſicut reuera ſumus illisq; ſolum minifeſ-

rium, nostro tamen consensu commissum, scirent simul nullum eis esse super nos ius imperij, nisi quantum nos sponte nostra admittemus. Sic enim Pet. iij. dicitur. **V**os estis genus electum, regale sacerdotium, & sacerdotiale regnum. Quare omnes sumus sacerdotes quotquot Christiani sumus. Sacerdotes vero quos vocamus, ministri sunt ex nobis electi; qui nostro nomine omnia faciant. Et sacerdotium aliud nihil est q̄ ministerium. Sic iij. Corint. iiiij. Sic nos existimet hō sicut ministros Christi, & dispēlatores mysteriorum dei.

Ex quibus sit vt is qui non p̄dicit verbū, ad hoc ipsum p Ecclesiam vocatus, nequaquam sit sacerdos. Et sacramentū ordinis aliquid esse non possit quam ritus quidam eligendi Concionatoris in Ecclesia. Sic enim per Malachiam. iij. definit sacerdotem. Labia sacerdotis custodiunt scientiā, & legē ex ore eius requirent; quia angelus domini exercituū est. Certus ergo sis, qui non est angelus domini exercituū, aut ad alind q̄ ad angelatum (vt sic dixerim) vocatur: sacerdos propterea non sit, sicut Osee. iiiij. dicit, Quia tu repulisti sc̄tiā, repellē te & ego; ne sacerdotio fungaris mihi. Inde enim qui tantum ad horas canonicas legendas & Missas offerendas ordinant, esse quidē papisticos, sed non Christianos sacerdotes: quia non modo non p̄dican, sed nec vocantur ad p̄dicandum: immo hoc ipsum agitur ut sit sacerdotium eiusmodi, alius quidem fr̄t ab officio p̄dicādi. Itaq; & Missales & horales sūt sacerdotes; id ē Idola quædam viua, nomen sacerdotij habentia cum sint nihil minus, quales sacerdotes Hieroboam in Bethauen ordinauit de infima fece plebis, non de genere Leuitico.

Vide igitur quorsum migrarit gloria Ecclesiæ, repleta est omnis terra sacerdotibus; Episcopis; Cardinalibus & Clero, quorū tam quantum ad officium spectat nullus p̄dicit: nisi denū a-  
lia vocatione ultra ordinē sacramentalē vocetur: sed abunde suo sa-  
cramento se satis facere putat, si batologiam legendarum precium  
emur muret & missas celebret. Deinde eas ipsas horas nunquā oret:  
aut si oret pro se oret, Atq; missas suas (quæ summa est perficitas)  
ceu sacrificiū offerat (cum Missa sit vsus sacramenti) vt perspicuum  
sit ordinē, qui velut sacramentū hoc hominū genus qui in clericos  
ordinaat, esse vere mere omninoq; figmentū ex hoībus natum nihil  
de Ecclesiastica; de sacerdotio; de ministerio verbi; de sacra-  
mentis intelligentibus; vt quale est sacramentū, tales & habeat sacerdo-

tes. Quibus erroribus & cæcitatibus; id accessit maioris captiuitatis quo se laicus a ceteris christianis tanquam prophani feceretur se ipso sicut Galli Cybelis sacerdotes; castrauerunt & celibatu onera sunt similes similis.

Nec satis erat hypocrisi & operationi erroris huius digamiā prohibere, hoc est ne quis duas vxores haberet simul ut in lege fiebat (id enim digamiā significare scimus) sed digamiā interpretati sunt: si quid duas successiue virgines duxisset: aut semel viduā; immo sanctissima ista sanctitas huius sacrosanctissimi sacramenti tantum valet, ut nec sacerdotari possit: qui virginem duxerit viuentes eadem vxore, ac ut summū fastigii sanctitatis attingat etiam his arceretur a sacerdotio: qui ignorans & meret infœlicitatis casu corrumpā virginē duxerit. At si sexcentas meretrices polluerit, aut matronas ac virgines quilibet constuprabit: aut ēt Ganimedes multos aluerit nihil impedimenti fuerit: vel episcopum, vel cardinalem vel papā eum fieri. Tum illud Apostoli vni<sup>o</sup> vxoris vir sic interpretari oportet: id est vnius Ecclesiae prælatus, inde incompatibilia manarunt beneficia nisi papa dispensator magnificus: vni, tres, vi ginta, centum vxores, id est ecclesiæ copulare voluerit pecuniavel gratia corruptus: hoc est pia charitate motus, & ecclesiæ sollicitudine districtus.

O dignos pontifices; hoc venerabili sacramento ordinis. O principes non catholicarū ecclesiæ: sed Satanarum synagoga rum: immo tenebrarum. Libet hic cum Isaia clamare. O virtù illusores qui dominamini super populu meū qui est i Hierusalē. Et illud Amos. vi. Ve vobis qui opulēti estis in Zion: & cōfiditis i mōte Sa mariae: optimates capita populorum ingredientes pōpatice domū Israel &c. O ignominiam ecclesiæ dei. quam ex his monstris sacerdotiis contrahit Vbi sunt Episcopi aut sacerdotes, qui scient euangelium: nedum prædicent: vt quid ergo sese iactant sacerdotes: cur alijs christianis: tāquā laici sanctiores & meliores & potenter haberi volūt: horas legere, ad quos idiotas nō ptinet: seu (vt Apostolus ait) ad lingua loquentes. Horas autem orare ad monachos: eremitas: priuatof q̄ homines: & eos laicos pertinet. Sacerdotis munus est prædicare: qđ nisi fecerit, sic est sacerdos sicut homo pīctus est homo. An episcopū faciat ordinare tales sacerdotes batalogos? An ecclesiæ et campanas cōsecrare? An pueros cōfirmare? Nō. Hec, vel diaconus, vel laicus quilibet faceret. Ministerium

verbi facit sacerdotem & Episcopum.

Fugite ergo meo cōsilio: quicunq; tutoviueret vultis: fugite iuuenes; nec istis sacris initiamini; nisi aut Euangelisare volueritis: aut nisi vos hoc ordinis sacramēto, nihilo laicis, meliores factos credere potestis. Non ei horas legere aliquid est. De eī de missam offerre; sacramētū percipere est. Quid ergo in vobis manet: quod nō rasura & veste cōstat: An oleum digitis vestris in fulum? At Chriſtianus quilibet oleo sancti ſpiritus vñctus & ſanctificatus eſt cor-pore & aia: & olim sacramētū manibus trāctabat non minus quam nōc sacerdotes faciunt; Itcet noſtra ſuperftitio laicis nunc magnū reatum iniſciat, ſi vel calicem nudum; aut corporale tetigerit. Nec Moniali quidem ſanctę virginī liceat lauare pallas altaris & lithe-a mina ſacra. Vide per deum ſacrosanctam ordinis hui⁹ ſanctitatē, quantū pſecerit, futurū ſpero: vt nec altare liceat attingere laicis; niſi dum nummos obtulerint. Ego pene dirūpor cogitans has impiſtimas hoim temeratissimorū tyrranides; tam nugacibus & pue-tium & peſſundantium.

Eſto itaq; certus & ſe agnoſcat quicūq; ſe christianiū eē co-gnouerit oēs nos & qualiter eſſe ſacerdotes; hoc eſt eandē in verbo & sacramēto quocunq; habere potestatē. Verum non licere quē ſatoris. Quod enim omniū eſt cōmuniter; nullus singulariter potest ſi quā, eē eſt nihil aliud quam ritum quendam vocandi alicuius in mi-niſterium ecclēſiaſticum. Deinde ſacerdotium prope eſſe non niſi miſterium verbi; verbi in quaſam non legis ſed Euāgeliij. Dia-läe: vt hodie viſus habet; ſed opes ecclēſiae diſtribuendi pauperib⁹, vt ſacerdotes leuentur onere rerum temporalium & oſoni; ac ver-bo liberius iſtent. Hoc enim confilio legimus Act. v. Diaconos in ſtitutoſ; atq; ita eum; qui vel ignorat; vel non prædicat euāgeliū: non modo non eſſe ſacerdotem vel episcopum; ſed peſtem: qua-ndam ecclēſiae qui ſub titulo falſo ſacerdotis, & episcopi, ceu ſub pel-le ouina, Euāgelium op̄ primat; & lupū in ecclēſia agat. Quare iſ ſacerdotes & episcopi; quibus hodie referta eſt ecclēſia; niſi alia ra-tione ſalutem ſuam operentur; hoc eſt niſi agnoſcant ſe ſe nec fa-

cerdotes nec Episcopos esse, doleantq; se nomen gerere; cuius op<sup>9</sup>  
aut nesciūt, aut non possunt implere, sicq; orationibus & lachrimis  
suis hypocrysis miserem sortē deplorent; vere sunt populus perditio  
nis eternā, ac de eis illud Isaiae. v. verificabitur. Captiuus ductus est  
populus meus, eo quod non habuerit scientiā; & nobiles eius inte-  
rierūt fame, & multitudine eius siti exaruit, ppterēa dilatauit infern<sup>\*</sup>  
anima suam & aperuit os suū absq; vlo termino. Et descendēt for-  
tes eius, & populus eius: & sublimes eius, & glorioſi eius in eum. O  
verbum horrendum nostro ſeculo, quo tanta voragine absorben-  
tur Christiani.

Quantū ergo e scripturis docemur, cum ministeriū fit id quod  
nos sacerdotiū vocam<sup>9</sup>. Proſus nō video qua rōne rursus nequeat  
laicus fieri, ſemel ſacerdos factus, cum a laico nihil differat niſi mi-  
nifterio. A minifterio autē deponi adeo non fit ipofſibile, vt paſſim  
ea etiam nunc celebretur vindicta in culpabiles ſacerdotes, dum  
aut ſuſpenduntur temporaliter: aut perpetuo priuantur officio ſuo.  
Nam cōmētum illud Caracteris indelebilis; iam olim irriſum eſt.  
Concedo vt Caracterem hūc Papa imprimat, ignorante Christo:  
ſitq; hoc ipſo ſacerdos eo conſecratus: non tā Christi quā Pape p-  
petuus ſeruus & captiuus, ſicut eſt dies hæc. Cæterum niſi fallor, ſi  
nuat hoc facramētum & cōmentum aliquando, vix ſuſtinet ipſe  
Papa<sup>9</sup> cū ſuis characteribus: redibitq; ad nos læta libertas qua noſ  
emnes & quales eſſe quo cunq; ture intelligemus, & excuſo tyran-  
nidi iugo ſciemus, quod qui Christianus eſt: Christum habet, qui  
Christum habet: omnia; quæ Christi ſunt habet, omnia potens: de  
quo plura & robustius: vbi iſta amicis meis Papistis diſplicere ſen-  
tero.

DE SACRAMENTO EXTREMAE VNCTIONIS,  
¶ Huic vngendorum infirmorū ritu: duas additiones ſeſe di-  
gitas addiderunt Theologi nostri. Vnā qđ ſacramētum appellant  
Altera qđ extremam faciunt, ſitq; nunc ſacramētū extremē vntio-  
nis: quæ niſi in extremo vitæ agentibus periculo dari non debeat:  
forte: vſunt arguti dialectici) relatiua fecerunt ad vntionem pri-  
mi baptifimi: & ſequentes duas confirmationis & ordinis. Verum  
habent hic quod in hos mihi retundant. Nempe quod autoritate  
Iacobi Apoſtoli: hic promissio & signū ſit: quibusego ſacramētū  
conſtitui: haſtenus dixi. Dicit enim. Si infirmatur quis in vobis; idu-  
cat prefbyteros Ecclesiæ: & orent ſuper eum: vngentes eum oleo

**in nomine domini, Et oratio fidei saluabit infirmum & alleuiabit eum dñs; & si in peccatis sit remittens ei. Ecce inquit pmissio remissionis peccatorū: & signū olei,**

Ego autem dico sive ipsam delyratum est; hoc loco præcipue de lycatum est. Omitto enim quod hanc Epistolā non esse Apostoli Iacobi nec apostolico spiritu dignā multi valde probabiliter assertant; licet consuetudine autoritatem culuscum; sit, obtinuerit. Tamen si etiam esset Apostoli Iacobi: dicerem non licere Apostolum sua autoritate sacramentū instituere; id est diuinam promissionem cum adiuncto signo dare. Hoc enim ad Christum solū pertinebat. Sic Paulus seipse accepisse a domino dicit sacramentū Eucharistie & missum nō vt baptisset; sed vt Euāgelistet. Nusq; autem legitur in Euāngelio; vñctionis istius extremū sacramentum. Sed missa facta mus & ista Apostoli siue quisquis fuerit Epistole autor: ipsa videamus verba: & simul videbimus: quā nihil eo obseruant iū qui sacramenta auxerunt.

Prīmū: Si verum putant & seruandum quod Apostolus dicit, qua autoritate mutant & resistunt: Cur faciunt ipsi extremā & singularē vñctionem ex ea: quam Apostolus voluit esse generalem? Neq; enim Apostolus, Extremā esse voluit: & solum morituris dādam. Sed absolute dicit. Si quis infirmatur non dicit, Si quis moriatur. Neq; enim curo quid Dionysij Ecclesiastica hierarchia hic sapiat: ipsa Apostoli verba aperta sunt: quibus & ille & isti pariter nuntiunt & tamen non sequuntur: vt appareat eos: non autoritate vñcū sed suo arbitrio: ex verbis Apostoli male intellectis sacramentū & vñctionem extremā fecisse: cum iniuria ceterorū infirmorū: quib; vi p̄pria abstulerunt vngendi beneficū ab Apostolo statutū.

Sed illud pulchri⁹, Quod pmissio Apostoli expresse dicit, Oratione fidei saluabit infirmū: & alleuiabit eum dominus &c. Vide Apostolus in hoc vngi & orari præcipit: vt infirmus sanetur & alleuietur: hoc est non moriatur, nec sit extrema vñctio: quod & vsq; hodie pabant preces inter vngendum dictæ: quae infirmum restitui petunt. Illi contra dicunt non esse dandam vñctionem nisi discessuris: hoc est vt non sanentur & alleuientur. Nisi resista esset seria: quis risum queat tenere super tam bellis, aptis & sanis Apostolicorum verborum glosis: Nonne hic aperte deprehenditur insipientia Sophistica: quæ vt hoc loco ita multis alijs hoc affirmat quod negat scriptura: hoc negat quod illa affirmat? Quin igitur gratias agim⁹: tam

eximis magistris nostris: Recte igitur dixi nusquam insigni<sup>9</sup> esse de  
lyratum ab illis quam hoc loco.

Vtteri<sup>9</sup> si vncio ista sacramētū ē: debet sine dubio eē (vt dicit) efficax signū ei<sup>9</sup> qđ signat & pmittit. At sanitatē & restitutionē in firmi pmittit: vt s̄t apta verba, Ořo fidei saluabit infirmū: & alleui abit eū dñs. Quis aut nō videt hāc pmissionē i paucis; imo nullis i- plerit? Inter mille eī vix vn<sup>9</sup> restituī idq; nemo sacro; sed naturę vel medicinæ bñficio fieri putat, nā sacramento contrariā vim tribuūt Quid ergo dicemus? Aut Apostolus hac promissionē mentitur: aut vncio ista sacramentum non erit. Promissio enim sacramenta lis certa est. At hāc in malorū parte fallit. Quinvt iterū Theologo rum istorum prudentiam & vigilantiā cognoscamus; ideo extre mā esse volunt vunctionem: ne stet ista promissio; hoc est ne sacra- mētum sit sacramentū. Si enim extrema est non sanat, sed cedit infirmitati. Si autem sanat extrema esse nō debet. Ita fit horum Magi strorum interpretatione, vt Iacobus intelligatur sibi ipsi contradicisse, & ne sacramentū institueret, sacramentū instituisse: dum ideo extremā voluntvunctionē vt non sit verū. Sanari per eam infirmum quod ille statuit. Si hoc nō est insanire, rogo quid est insanire?

Contingit his illud Apostoli. i. Timot. i. V olentes esse legis do- ctores, cū ignorent quid loquātur aut de quibus affirment. Sic omnia citra iudiciū legunt & sequūtur. Eadem enim oscitantia, & con fessionē auricularem ex hoc Apostolo hauserunt dicente, Confite- minī alterutru pccata vestra. Sed nec hoc seruāt isti, quod Aposto- lus iubet presbyteros Ecclie induci & super infirmum orari. V ix vnu sacerdotulus nūc mittitur, cum Apostolus velit multos adesse non propter vunctionem; sed propter orationē; vnde dicit, Oratio fi dei saluabit infirmū &c. quāquā incertū est mihi: an sacerdotes ve- lit intelligi: cū dicat presbyteros, id est seniores. Neq; enim conti- nuo sacerdos aut minister est; qui senior est quo suspirari possit A- postolum voluisse; vt seniores & grauiores in ecclesia visitarent in- firmū; qui opus misericordie facientes & in fide orantes eum sana- rent: quanquā negari non possit Ecclesiā olim a seniorib<sup>9</sup> fuisse re- das absq; istis ordinationibus & consecrationib<sup>9</sup>; propter ætatem & longum rerum usum in hoc electis.

Quare hāc vunctionē eādē ego esse arbitror. que Marci. vi. de apostolis scribitur. Et vngebāt oleo multos egrotos & sanabant; ri- tum scilicet quēdam primitiā Ecclesiā quo miracula faciebant

Kij

super infirmis qui iam dudu defecit: quemadmodum & Marci vltmo. Christus donat credētibus vt serpentes tollant; et super regos manus ponant &c Ex quibus verbis mirum est quod non etiam sacramenta fecerint, cum sint similis virtutis & promissionis, cū verbis his Iacobi. Non ergo sacramentum est Extrema ista: id est fīcta vñctio: sed consilium Iacobi quo possit qui velit vti, sumptum ac relictum ex Euangelio Marci sexto: vt dixi. Neq; enim credo datum infirmis quibusuis, cum Ecclesiae gloria sit infirmitas, & mors lucrum. Sed his tantum qui impatientius & rudi fide infirmitatem ferrent. Quos ideo reliquit dominus: vt in eis miracula & virtus fīdei eminerent.

Ex hoc ipsum caute ac de industria Iacobus prouidit, dum pro missionem sanitatis & remissionis peccatorum non tribuit vñctio: sed orationi fidei. Sic enim dicit, Et oratio fidei saluabit infirmum & alleuiabit eum dñs: & si in peccatis fuerit remittentur ei. Sacramentum enim non exigit orationem aut fidem ministri, cum impieus etiam baptisetur et consecratur absq; oratione. Sed nititur in sola pmissione & institutione dei, exigens fidem suscipientis. In nostre autem extremæ vñctionis hodiernæ vſu vbi est oratio fidei? Quis ea fide orat super infirmum, vt non hæsitetur eum restituiri? Nam talē orationem fidei Iacobus hic describit: de qua & in principio dixerat Postulet aut in fide nihil hæsitans. Et Christus, Quæcumq; petieritis, credite quia accipietis & fiet vobis.

Pror⁹ nō est dubium si hodie quoq; talis oratio fieret super ifitum: id est a senioribus; grauioribus; & sanctis viris; plena fide sanari quotquot vellemus. Fides enim quid non posset? At nos fide hac neglecta (quā maxime exigit hæc Apostoli auctoritas) deinde quodvis sacerdotum vulgus per presbyteros; viros scilicet ætate & fide prestates intelligimus. Deinde Extremam e quotidiana auribera vñctione facimus, tandem effectum promissæ ab Apostolo sanitatis nō solū nō impetramus sed etiam contrario effectu euacuamus. Nihilo tamen minus iactamus nostrū sacramentum immo figmentum, Iac apostoli sententia plus quā per bis diapason repugnante, fundari & probari. O Theologos.

Igitur hoc vñctionis extremæ nostrum sacramentū non damno sed hoc esse quod ab Apostolo Iacobo præscribitur. constanter nego: cū nec forma; nec vſus; nec virtus; nec ifinis eius cum nostro cōfentiat. Numerabimus tamen ipsum inter ea sacramenta quæ nos

constituim' vt sunt salis; & aquæ consecratio & aspersio. Neq; eñ negare possumus Creaturam quâlibet per verbū & orationē sanctificari: quod Apostolus Paulus nos docet; ita nō negam⁹ per extrema vñctionem dari remissionē & pacem. non quia sacramentū sit diuinitus institutū; sed quia suscipiens ita credit sibi fieri. Fides eñ suscipientis non errat; quantūlibet minister erret. Si enī ioco baptifans aut absoluens: hoc ē non absoluens (quantū ad ministrum pertinet) reuera absoluit & baptisat; si credat baptisandus & absoluendus: quanto magis vngens extrema vñctione pacificat; etiam si reuera non pacificet si ministeriū spectes; cum nullū sit ibi sacramentum. fides enim vñcti etiā hoc accipit quod cōferens aut nō potuit aut non voluit dare. Sufficit enim vñctō verbū audire & credere qc̄ quid enim credimus nos accepturos esse id reuera accipim⁹ quicquid agat non agat, simulet aut iocetur minister. Stat enim Christi sentētia, Credenti oia possibilia sunt. Et iterū. Fiat tibi sicut credisti. Verū Sophistae nostri de hac fide nihil in sacramētis tractant; sed in virtutibus ipsis sacramentorum; totis studijs nugātūr semper discētes; & nunq; ad scientiā veritatis peruenientes.

Profit tamē hanc vñctionē factam esse extremā: quia hoc beneficio minime oīm vexata ac subiecta est tyrannidi & quæstui. relata scilicet hac vna misericordia moritoris ut libere possint inungati, etiā non confessi nec communicati. Quæ si p̄māsisset quotidiana: pr̄senterim si & infirmos sanasset; etiam si p̄dā non tulisset, quos putas orbes terrarū non haberēt hodie Pontifices qui vnius pœnitētiae sacramēto & clauibus: ac ordinis sacramento: tanti euaserūt Imperatores & principes? At nūc fœliciter habet: quod sicut oīo nē fidei contēnunt; ita nullū infirmū sanant: & ex vetere ritu nouum sibi finixerunt sacramentum.

**C** Hæc de quatuor istis sacramentis nunc satisfuerint quæ scio quā sint dis plicitura ijs: qui numerū & usum sacramentorū: non exceptis scripturis sacris, sed e Romana sede putat petādos esse. Quasi Roma na se des sacramenta ista dederit: ac non poti⁹ accepit e scholis vniuersitatū: quib⁹ & oīa quæ habet sine controuersia debet. Neq; enim staretyrānis papistica tanta: nisi tantum accepisset ab vniuersitatibus: cū vix fuerit iter celebres Episcopatus ali⁹ quispiā qui minus habuerit eruditiorū Pontificū. VI: dolo ac superstitione tantū: ceteris hactenus præualuit. Qui enim ante mille annos in ea sede federunt: tanto interuallo ab ijs: qui interim creuerūt distant.

vt aut illos, aut hos cogatis negare Romanos pontifices.

Sunt preterea nonnulla alia; que inter sacramenta videantur censi fieri posse. Nepe oia illa quib⁹ facta est, pmissio diuina. Qualia sunt Oratio: Verbum Crux. Nam Christus oratibus promisit exauditionem in multis locis, præsertim Luce. xi. ubi parabolis multis ad orandum nos induxit. Et de verbo, Beati qui audiunt verbum dei & custodiunt illum. Quis autem percenseat quoties tribulatis patientibus, humiliatis, promittat adiutorium & gloriam: immo quis enumeret oes dei promissiones cum tota scriptura hoc agat: ut nos ad fidem procetur; hinc præceptis & ministris virginis: illinc promissionibus & consolationibus inducans. Si quidem oia que scripta sunt, aut præcepta, aut promissa sunt, præceppta humiliant superbos exactioribus suis, promissa exaltant humiliatos remissionibus suis.

Proprie tamen ea sacramenta vocari videntur est, quae annexis signis promissa sunt. Cetera quia signis alligata non sunt, nuda promissa sunt. Quo fit, ut si rigide loqui volumus, tamen duo sunt in Ecclesia dei sacramenta. Baptismus & panis, cum in his solis & institutis diuinitus signum & promissionem remissionis peccatorum videamus. Nam pœnitentiae sacramentum, quod ego his duobus accensui: signo, visibili & diuinitus instituto caret, & aliud non esse dixi, quam viam areditum ad baptismum. Sed nec scholastici dicere possunt, sua definitionem posse conuenire pœnitentiae, qui & ipsi sacramento signum visibile ascribunt, quod formam ingerat sensibus, eius rei; quam inuisibiliter operatur. At pœnitentia seu absolutio tale signum nullum habet quare & ipsi cogentur propria definitione: aut negare pœnitentiam esse sacramentum; & sic numerum eorum imminuere, aut aliam sacramentorum afferre definitionem.

Baptismus autem quem toti vita tribuimus. Repte pro oib⁹ sacramentis satis erit, quibus in vita vesti debeamus. Panis autem va-  
re morientium & excedentium sacramentum. Siquidem in eo transi-  
buamus haec duo sacramenta: ut baptismus initio & totius vita cur-  
sui; Panis autem termino & morti deputetur. Atque Christianus utroque  
exerceatur in hoc corpusculo, donec plene baptisatus & roboratus  
transeat in hoc mundo: natus in eternam nouam vitam manducatus  
cum Christo in regno patris sui: sicut in cena promisit dicens.  
Amen dico vobis. Amodo non bibam de hoc genimine vitis do-  
nec impleatur in regno dei: ut aperte videatur sacramentum panis

ad futuram vitam acceptandam instituisse. Tunc enim re vtriusq; sacramenti impleta, cessabit baptismus & panis.

Finem hic faciam huius preludiij, quod pijs omnibus qui syncream scripturæ intelligentiam germanūq; sacramentorum usum defuderant, nosse libens & gaudens offero. Est enim non parui momēti donum nosse ea quæ nobis data sunt. vt. j. Corint. i. 3. dicitur; & quatione donatis vti oporteat. Hoc enim spirit⁹ iudicio instructi nō fallaciter initemur ihs quę secus habent. Has duas res cū nobis Theologii nostri nusquam dederint, quin v̄ ut data opera obscurant ego si dedi certe id feci ne obscurarem, et alijs occasionem prebui meliora cogitandi. Conatus meus saltem fuit ut exhiberem vtrunq; Non tamen omnia possumus omnes. Impijs vero & qui pro diuinis sua nobis pertinaci tyrannide inculcant, fidens & liber ista obtrudo nihil moratus indoctam ferociam, quāquam & ipsi optem sanum sensum & eorum studia non contemnam, sed tantum a legitimis ac veris Christianis discernam.

Auditum enim audio, paratas esse, denuo in me bullas & diras Papisticas; quibus ad reuocationem virgear, aut haereticus declaret Quę si vera sunt, hunc libellum volo partem esse reuocationis meæ futuræ: ne suam tyrannidem frustra inflatam querantur: reliquam partem propediem editurus sum talem (Christo propitio) qualem hactenus non viderit nec audierit Romana sedes, obedientiā meā abunde testaturus, In nomine domini nostri Iesu Christi. Amen.

Hostis Herodes impie  
Christum venire quid times?  
Non arripit mortalia,  
Qui regna dat cœlestia.

